

FREIHEIT IN BINDUNG

EX LIBRIS

LÖSETE DORN ZWANIG



Helmut Vester

1949

Dr. Helmut Vester


DV 1320 ¹⁷⁸¹/_a

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
- Medizinische Abt. -
DUSSELDORF

V3003

DISPENSATORIUM
REGIUM ET ELECTORALE
BORUSSO-BRANDENBURGICUM

JUXTA QUOD
IN PROVINCIIS REGIIS ET ELECTORALIBUS
MEDICAMENTA


SIMPLICIA COMPARANDA,
ET
COMPOSITA PRAEPARANDA.

AUSPICIIS

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS
BORUSSIÆ &c. &c. &c.

CURA ET OPERA

REGII COLLEGII MEDICI SUPERIORIS

DENUO EDITUM, REUISUM, EMENDATUM
ET AUCTUM.



*Christian Friedrich Holtze
z. Colberg.*
B

CUM GRATIA ET PRIVILEGIO REGIO.

BEROLINI *A. Behmcke 28/2 63.*
TYPIS CHRISTIANI SIGISMUNDI SPENER, *Professor, Berlin*
MDCCLXXXI

1781

Georg...

INSTITUTUM
PHYSICUM ET MATHESICUM
BOISSON-BLANCHENBURGIUM

PHYSICIS ET MATHESICIS
MEDICAMENTA

PHYSICIS ET MATHESICIS
COMPOSITA PRAEFATIO

PHYSICIS ET MATHESICIS
PHYSICIS ET MATHESICIS

PHYSICIS ET MATHESICIS
PHYSICIS ET MATHESICIS

Handwritten notes in cursive script, including the name 'C. G. G. G.' and other illegible characters.



PRIVILEGIUM
ET
MANDATUM REGIUM
DE PUBLICANDO NOVO DISPENSATORIO &c.

FRIDERICUS WILHELMUS REX BORUSSIÆ &c. &c. &c.

Nostras quum acciderit ad aures, Collegium nostrum Medicum Metropolitanum in distinctionem & prærogativam aliorum Collegiorum Medicorum Provincialium *) *Superius* clementissime a Nobis declaratum & constitutum, variis expensis, quæ in Librarium & Tabellarium hujus Collegii, rem graphiariam commerciumque literarium erogantur, nimis gravatum esse, ut illas Nostra nova Constitutione Medicinali publicata & accrescentibus occupationibus Medico-Forenfibus ex tenuibus suis redditibus & multæ impostæ depromere minime valeat, clementissime decrevimus, dictum Nostrum Collegium *Superius* Medicum, ut eo melius subsistere & sumptibus tolerandis posse esse possit, certis quibusdam redditibus donare; Proinde vigore hujus Nostri Diplomatis, Monopolium trium a dicto Collegio edendorum Tractatum, *Edicti* nempe & *Constitutionis nostræ Medicinalis, Novi Dispensatorii Medici & Taxæ medicamentorum* huic clementissime concedimus, serâ cum prohibitione, ne Bibliopolæ Nostri territorii (neque illi, quibus antea concessum & licitum erat, priorem vendere Constitutionem Medicinalem & Dispensatorium) memoratos hos tres Tractatus typis alibi excudendi ac Exemplaria dolose & clanculum in Nostras Prouincias inge-
rendi præbeant ansam, *sub pœna Quingenorum Solidorum Imperialium*

)(2

Fisco

*) Vid. p. 86. *Edicti & Constitutionis Medicinalis*, de 1725.

Fisco Nostro solvendum; Porro serio mandamus omnibus Doct̄oribus
Medicinæ, Medicis, Physicis tam Civitatum quam Provinciarum & Cir-
culorum, Pharmacopæis, Venditoribus Materiæ medicæ (Aromatopolis
vulgo dictis) Balneatoribus & Obstetricibus, in specie omnibus Chirurgis
tam Præsidiariis quam Castrensibus, ut Novam Constitutionem medicinale
pro uno Solido Imperiali, quilibet Medicorum & Pharmacopœorum Nostri
territorii ad suam notitiam & normam *Dispensatorium pro duobus Solidis
Imperialibus & Taxam medicamentorum pro sedecim sibi a Nostro Colle-
gio Superiori Medico comparent grossis*, nisi in multam viginti Solidorum
Imperialium incurrere velint, quam dimidiam multæ deducta Quota Fis-
cali tam in Emolumentum Nostri Collegii Superioris Medici, quam in
erogationem expensarum illius necessariorum (quarum ratio in posterum
reddenda), alteram vero dimidiam ærario Nostro destinavimus pœnali.
Mandamus itaque Nostro Officio Fisci clementissime simulque severe, ut
invigilet, ne Nostri Collegium Superius Medicum in suo a Nobis cle-
mentissime concessio turbetur Monopolio & in dolosos, fraudatores & re-
fractarios animadvertat. Hæc est Nostri Voluntas. Sub Sigillo nostro
Regio. Berolini d. 17. Decembr. 1725.

FRID. WILHELMUS.

[L.S.]

DE CREUTZ.

PRÆ-



PRÆFAMEN.

Numero exemplarium Dispensatorii Boruffo Brandenbur-
gici 1726. editi, in vsum verfo, et penitus confumto,
necessitate ducimur de altera Editione cogitare.

Atque hæc quidem potior est ratio noui hujus laboris.
Altera non minoris est argumenti, vt ab inconcinnis & super-
fluis formulis veterum, quas majorum auëtoritas nobis reli-
querat, officinas liberaremus.

Nemo nostrum inficias iuit unquam, officinas regni
Boruffici, majori, quam par erat, præscriptionum abundan-
tia huc vsque superbiiffe, de qua damnum potius, quam
vtilitatem percepiffe publicum vero verius est. Etenim com-

prehenſu facile eſt, medicamina ex pharmacopoliis delata, majus acquirere debere pretium, quia Pharmacopœi majores ſuntus in acquirendis tot formulis, quæ jure negliguntur hodie, impendere debebant inutiliter, ideoque reliquis, majus ſtatuere pretium æquum duxerunt.

Hanc ob cauſam Pharmacopœis eam potius legem imponere juſtum nobis videtur, vt de acquirendis optimæ notæ ſimplicibus magis, quam de accumulando formularum farragine eſſe debeant ſolliciti, cum opinemur, quemlibet praxin medicam exercentem, ex tot ſimplicibus in officinis proſtantibus cum majori ægrotantium commodo formulam morbo præſenti conuenientem, fore præſcripturum.

Simplicium autem vires exponere, aut formulis encomia addere non opus erat, quoniam illas in libris eorum, qui Materias Medicas conſcripſerunt, & quorum non exiguus eſt numerus, inuenire, hæc vero ex libris præctis eruere non poenitebit.

Hæc de opere in vniverſum; pauca adhuc de Materia Medica nouæ huic Editioni præmiſſa, monere lubet. Vidit nempe Collegium Medicum, varios committi errores a Pharmacopœis in comparandis ſimplicibus, dum vel non genuina fatis & omnibus dotibus prædita, vel plane alia collegerunt,

vnum-

unumque pro altero substituerunt; Sic e. g. communiter prostat pro Pyrethri radice radix Ptarmicæ, nec aliam accipiunt Pharmacopolæ ab exteris; sic & in plantis indigenis sæpe una alterae substituitur, quod potissimum inde venit, quia plantæ & ab iis desumendæ partes nondum satis determinatæ fuerunt atque descriptæ. Consultum duximus itaque præmittere nouo huic Dispensatorio breuem Materiæ Medicæ conspectum, in quo simplicium origines & veræ determinationes breuiter, & quantum fieri potuit, accurate enumeratæ sunt, additis, plantarum, imprimis indigenarum, locis natalibus & vbi necesse fuit, colligendi tempore. In determinandis & denominandis plantis &c. Linnæum sequuti sumus, cuius quippe Systema omnium maxime hodie in vsu est.

Neque nimii fuimus in restringendo, neque in accumulando medicaminum numero, cum in vtroque excedere haud liceat. Non facile nouum medicamentum recepimus, nondum experientia satis & vsu comprobatum, nec iners pretiosum facile retinuimus, sed multum sæpe dandum fuit opinionibus temporisque rationi, & sic sæpe medicamentum denuo receptum est, quod fortassis non omnibus æque placebit, cui vero non solum vulgus, sed etiam multi Medici iique eruditione & felici & rationali praxi clari affueti sunt,

MATE
&

& de quo saepe salutare viderunt effectus. Minime tamen tenentur Pharmacopolae, omnia haec semper in praesto habere; sufficit in multis, ut rectam cognitionem eorum habeant, & in compositis praescriptam & communem praeparandi methodum.

Idcirco adjecimus in calce hujus operis Designationem eorum medicamentorum, quae semper in officinis pharmaceuticis, & genuina & bene praeparata inueniri debeant, aliam majorem pro majorum urbium, aliam vero minorem, pro minorum locorum officinis.



MATE-

M A T E R I A M E D I C A .

MATERIA MEDICA



AB.

ABIETIS *Turiones, (Resina).*
Pinus abies LINN. *Abies alba* f. *foemina* C. B A U H. Germ. Weisstaune.
 Arbor fatiua.

ABROTANI *Herba.*

Artemisia Abrotanum L. Stabwurz,
 Werraute. Planta suffruticosa, horten-
 tensis.

ABSINTHII PONTICI f. **ROMANI** *Herba.*

Artemisia Pontica L. Römischer Wermuth.
 In calidioribus Germaniæ provinciis spontanea; nobis hortensis.

ABSINTHII VULGARIS *Herba, Summitates.*

Artemisia Absinthium L. Wermuth.
 In locis desertis, montosis spontanea, sed datur quoque hortensis, quæ magis succosa, cum prior exsucca, sed fortior multoque amarior fit.

AC.

ACACIÆ NOSTRATIS *Flores, Fructus maturi & immaturi, Cortex radicis.*

Prunus spinosa L. Schleedorn, Schwarzdorn. Fruticosa, nostra.

ACACIÆ VERÆ f. **ÆGYPTIACÆ,** *Succus (e fructu immaturo).*

Mimosa Senegal & Nilotica L. ægyptiaca arboris, quæ simul Gummi arabicum plorat.

ACETOSÆ officinalis, *Radix, Semen, Herba virens.*

Rumex Acetosa L. Ampferkraut, Sauerampfer. Planta in hortis, pratis, sylvis & montibus vulgatissima. Optime ex hortis colliguntur folia juniora molliora junioris plantæ. Semen fert ætate.

A

ACE-

AC.

ACETOSELLÆ Officinalis *Herba virens.*

Oxalis Acetosella L. Sauerflée. Habitat in locis umbrosis humidiusculis, muscosis, Majo & Junio colligenda, vbi luxurians in humo spongioso. *Acetosella lutea corniculata* substituitur ex hortis, ante caulescentiam.

ACETUM VINI *Berolinense, Grunbergense, Gallicum.*

ACONITI *Herba & Radix.*

Aconitum Napellus L. Eisenhutstein. Planta hortenſis, perennis. Colligenda radix junior, quæ caules nondum emiſit, cum cauleſcens deterior, poſt ſeminis perfectionem emoriatur.

ADIANTHUM ALBUM, f. RUTA MURARIA (*Herba*)

Asplenium ruta muraria L. Steinraute, Mauerraute. Habitat ad muros, & inter ſaxa.

ADIANTHUM AUREUM, f. POLYTRICHUM, (*Herba*)

Polytrichum commune L. Golden Wiesderthon. In fyluis & ſterili ſolo frequentiffimum.

ADIANTHUM NIGRUM f. CAPILLUS VENERIS (*Herba*).

Asplenium Adiantum nigrum L. Schwarz Frauenhaar. Ex Italia, Gallia.

AD.

ADIANTHUM RUBRUM offic. (*Herba*).

Asplenium Trichomanes L. Nothor Wierderthon. Ad arborum radices cum Polypodio, ſed minus frequens, ex Hercynia & Thuringia e rimis petrarum collecta accedit.

AERUGO. Grünſpan.

Crocus Cupri viridis.

AGARICUS. Lerchenschwamm.

Boletus Pini Laricis L. In Alpibus, Tyrolia, Salisburgia & Sileſia ſuperiori, tam in junioribus denſe enatis, quam annoſioribus Laricibus creſcit; ad nos deſertur Cortice exteriori denudatus, malleo ſatis percuſſus & mundus.

AGARICUS CHIRURGORUM.

Boletus igniarius, Feuerſchwamm. Fun-
gus ad Fagos & Betulas in umbroſis ſparſim, ſub finem æſtatis colligendus, cujus media pars exſiccata mallei ictibus tenerior redditur.

AGNI CASTI *Semen* (f. potius fructus ſemine impletus aromaticus).

Vitex Agnus castus L. Reuſchbaum, Schafsmulle. Frutex in Italia ſponte creſcens.

AGRIMONIÆ *Herba.*

Agrimonia Eupatoria L. Odermennig, Steinſtraut. Noſtra, perennis, ad vias publi-

AL.

publicas, in pratis, altioribus collibus & pinastretis frequens, æstate & autumno floret; folia, plantæ nondum caulescentis, leniter balsamica, non inodora, colligenda.

ALCIS CORNU & UNGULÆ.

Elendshorn, Elendshlaen.

Cervus Alces L. Elendshier.

ALCHEMILLÆ Folia.

Alchemilla vulgaris L. Sinnau, Frauensmantel, Löwenfuß. Nostra, perennis, in pratis irriguis & pinguibus; in Hercynia ad Bructerum copiosissima; folia post deflorescentiam Julio & Augusto, apud nos Junio & Julio colligenda.

ALKANNÆ veræ & Orientalis s. LIGUSTRI ÆGYPTIACI

Radix.

Lawsonia inermis L. Aegyptisch Farberholz. Planta ægyptiaca, male vulgo pro Anchusa habita.

ALKEKENGİ BACCÆ.

Physalis Alkekengi L. Judenkirschen.

ALLII Bulbus recens.

Allium sativum L. Knoblauch. Hortensis, perennis.

ALNI Folia recentia & Cortex.

Betula Alnus L. Erse, Etse, Estern. Nostra, arborea.

ALOE Succotrina, Hepatica & Caballina.

AL.

Aloe perfoliata L. Aloe, Exotica, Indica. Est succus foliorum inspissatus pro diverso puritatis gradu diversimode appellatus. *Succotrina* optima, purissima, splendens, coloris ex rubro fulci, sub tritura crocei, haud ingrati odoris, magis gummosa; *Minus pura hepatica* & resinolior; *Caballina* impurissima, sordibus multis arenulisve permixta, nauseosi saporis & odoris; recrementum vero non, nisi veterinariis propinandum.

ALOE Lignum s. CALAMBAC s. AGALLOCHUM.

ab arbore Indica *Aspalto - Agallocho* Kdlerholz, colore & resina variante ad nos defertur.

ALSINE herba tota recentissima (pro succo expresso).

Alsine media L. Hünerdarm. Nobis frequens, toto fere anno florens.

ALTHEÆ Radix, Folia.

Althæa officinalis L. Eibischkraut, Weisse Pappel. Planta perennis, in Marchie provinciis sparim in vicinis Beliz, Quiliz, Closterfelde; in Thuringia partim maxima ex parte colligitur a rhizotomis sapius lignosa satis ad fluvium Unstrut, partim, & certius, in hortis culta officinas nostras ingreditur.

ALUMEN officinale. Maun.

Alumen rupeum & crudum, vel depuratum primæ crystallisationis, cum præparatis, *Alumine saccharato* &

AM.

vsto. Alumen plumosum in officinis modo est Amianthus, modo Inolithus, (Goldschmid's: Spath) & ad medicamenta non pertinet.

AMBRA GRYSEA. Grauer Amber.

Ambra ambrosiaca L. Substantia cerea ex nigro cinerea, aquæ innatans, accensa gratissimum odorem spargens, incerti originis, probabiliter succus mineralis inspissatus, induratus. Medicina carior, omnium maxime adulterata, sed nimis adhuc in vsu.

AMMEOS Semen. Duplex.

- 1) *A. vulgare & Cretense* plantæ *Sison Amomum* L. s. Ammi paruum foliis Fœniculi C. B., rarius in hortis botanicis, copiose autem ex Insulis Maris ægei ad nos defertur.
- 2) *A. majus* dat *Ammi majus* L. quæ planta e semine deciduo in hortis se propagat; ex Italia alias accedit.

AMMONIACUM GUMMI, vid. Gummi Ammoniacum.

AMMONIACUM SAL vid. Sal Ammoniacum.

AMOMI Fructus. Englisch Gewürz. Myrtus Pimenta L.

AMYGDALÆ DULCES ET AMARÆ. Süße und bittere Mandeln.

Amygdalus communis L. Arbor Europæ australis & Orientalis.

AN.

AMYLUM. Stärke, Kraftmehl. e Tritico.

ANCHUSÆ OFFIC. Radix, Folia.

Anchusa tinctoria L. Rothe Dohsenzunge. Exotica, Montpelientis.

ANETHI Semen & Herba.

Anethum graueolens L. Dill. In calidiori Europa sponte crescit; nobis hortensis vulgaris.

ANGELICÆ Radix & Semina.

Angelica Archangelica L. Angelicken, Engelwurzel. In Alpibus & Silesia montibus spontanea, biennis; nobis semper hortensis & temperior.

ANIME (Resina).

Hymenæa Courbaril L. Americana, arborea.

ANISI Semina.

Pimpinella Anisum L. Anis. E Thuringia Saxonica & Franconia accedit, sed in hortis nostris quoque colitur.

ANISI STELLATI Fructus. Sternanis.

Illicium anisatum L. Arbor incognita. Ex India Orientali ad nos fertur.

ANONIS vid. Ononis.

ANTHORÆ Radix.

Aconitum Anthora L. Giftheiß. Planta perennis, radix napiformis obtusa, flores Augusto producens. Medica-
ma-

AN.

mentum incertum suspectæ affinitatis, ideoque jure hodie negligitur.

ANTHOS Flores, vid. Rosmarinus.

ANTHIRRINI Herba.

Anthirrinum majus L. Löwenmaut.

ANTIMONIUM CRUDUM s.
STIBIUM Spießglas. Ex
minera Antimonii.

Maxima quantitas ex Hungaria advehitur.

APII Radix, Semina. Seller, Zelleri.

Apii graueolentis L. varietas hortensis. Spontanea ingrator & haud vsualis.

AQUILEGIAE Flores & Semina.

Aquilegia vulgaris L. Akeley, Stokkensblume. Planta hortensis, perennis.

ARGENTUM CUPELLATUM,
FOLIATUM. Reines Faden-
und Blättgen-Silber.

ARGENTUM VIUUM, HY-
DRARGIRUM, MER-
CURIUS VIUUS. Queck-
silber.

In Austria, Idria & Hungariae fodinis reperitur & ad nos defertur.

ARISTOLOCHIAE LONGÆ
VERAE off. Radix.

Aristolochia longa L. lange Osterreichs-
wurzel.

Planta perennis in Europa australi sponte
crescens.

AR.

ARISTOLOCHIAE ROTUN-
DAE VERAE off. Radix.

Aristolochia rotunda L. Echte, runde
Osterreichs-
wurzel. In Europa australi
perennis.

ARISTOLOCHIAE VULGARIS,
s. tenuis Radix, Folia.

Aristolochia Clematitis L. Gemeine
Osterreichs-
wurzel. Hortensis, peren-
nis, luxurians.

ARMORACIAE Radix, vid. Ra-
phanus.

ARNICAE, Radix, Folia & Flores.

Arnica montana L. Fackkraut, Arnick,
Wolferley. Germanica, Plauensis.
Hæc vera est, cui vero in variis vrbi-
bus, Inula species substituitur. *Arni-
ca Schwedensis* Dispensatorii veteris
Inula Dysenterica L. (Dumrian,
Müßkraut) est longe diuersa.

ARSENICUM ALBUM. Weißer
Arsenick.

ARTEMISIAE Herba Florens.

Artemisia vulgaris L. Beifuß, St. Jo-
hannisgürtel. Nostra, vulgarissima,
latina & hortensis.

ARI Radix.

Arum maculatum L. Aronswurzel. Plan-
ta hortensis in Marchia, & extra ean-
dem in aliis regniis povinciis, solum
amat ferax, temperatum & umbrosum.
Verno tempore non effodienda, sed
æstate, quando folia marcescere & bac-
cæ maturefcere incipiunt.

A 3

ASA

AS.

ASA FOETIDA (*Gummi Resina*).

Ferula Asa foetida L. Teufelsdreck, stin-
kender Nfant. Asiatica, perennis.

ASA DULCIS vid. Benzoë.

ASARI *Radix & Folia*.

Asarum Europæum L. Haselwurzel. In
locis umbrosis, sylvis, perennis.

ASELLI vid. Millepedes.

ASPARAGI *Radix, Turiones,
Semen*.

Asparagus officinalis L. Spargel. Hor-
tensis, perennis, rarius spontanea.

ASPHALTUM s. BITUMEN
JUDAICUM Judenpech.

E regionibus Orientalibus potissimum ad
nos defertur; in mari mortuo genera-
ri & reperiri perhibetur.

ASPHODELI *Radix*. Goldwur-
zel.

Bulbus Lilii Martagon L. esculentus mu-
cilagineus, hortensis.

AUENAE *Semina excorticata*.

Avena sativa L. Haaber, Hafer. Cerea-
lis, annua.

AURANTII *Flores* (Naphæ), *Fo-
lia, Poma matura & immatu-
ra, Cortex, Fluedo, Oleum*.

Citrus Aurantium L. Pomeranzenbaum.

NB. Arboris-satiuz, vulgaris, non
sylvestris spinosæ.

AU.

AURIPIGMENTUM. Operment.

Pyrites Auripigmentum L.

AURUM FOLIATUM. Gold-
blätter.

AXUNGIAE recentes, non ran-
cidæ.

Canis (Hundefett), *Castorei* (Biberfett)
Porci (Schweinschmalz) *Viperarum*
(Wipernfett), *Ursi* (Bärenfett).

B.

BALAUSTIORUM *Flores*.

Punica Granatum L. varietas sterilis
flore pleno. Granatenbaum mit vollen
Stumen. Arbor Asiae & Europæ me-
ridionalis.

BALSAMITAE *Folia*.

Tanacetum Balsamita L. Est *Costus hor-
torum* s. *Salvia romana*, officinis no-
stris olim *Salvia major*. Folia radi-
calia ante caulescentiam colligenda.

BALSAMUS COPAIVAE.

Copaifera officinalis L. Arboris novæ
Hispaniæ & Insularum.

BALSAMUS DE MECCA, s.
OPOBALSAMUM s. BAL-
SAMUS DE GILEAD. Bal-
sam von Gilead.

Amyris Gileadensis L. Orientalis. Me-
dicamentum plerumque adulteratum
ad nos accedit. In Angliæ officinis
reperitur hodie sub nomine Balsami
de Gilead, quem largitur in America
septen-

B A.

Septentrionali copiose *Pinus Balsamea*
L. vulgo Balsamtanne.

BALSAMUS PERUVIANUS.

Peruvianischer Balsam.

Peruifera L. Arboris Americanæ.

BALSAMUS TOLUTANUS.

Toluisera balsamica L. Arboris Americanæ. Quoque valde adulteratur.

BARDANAE Radix. Kletten-
wurzel.

Arctium Lappa L. Planta biennis, non rara, in salicetis ad vias, locisque neglectis aliisque solo pingui & feraci donatis crescit; radix vel sero autumno, vel primo statim vere colligenda e plantis junioribus e semine deciduo enatis, antequam nova protruserint germina.

BASILICI Herba.

a) *Ocimum citratum* L. Citron Basilikenkraut.

b) *Ocimum majus vulgare*. Großes Basilikenkraut.

In hortis odoris & culinæ gratia quotannis feritur.

BDELLIUM Gummi (Resina.)

Palmæ obscura arabicæ.

BECCABUNGAE Herba recens.

Veronica Beccabunga L. Bachbungen.
In palustribus fossis & locis hyeme inundatis humosis non rara.

BELLADONNAE Herba.

B E.

Atropa Belladonna L. Tollbeeren, Waldnachtschatten. Folia plantæ fruticosæ luridæ, quæ apud nos in hortis quibusdam colitur, in Thuringia & Hercynia vero montosis & umbrosis locis spontanea est.

BELLIDIS MINORIS Flores
& herba.

Bellis perennis L. kleine Mastlieben, Gänseblümchen. Nostra, vulgatissima.

BENZOE f. ASA DULCIS
(Resina).

Croton Benzoe L. Benzoe. Ex India Orientali venit, optima glebis lacteis mixta pinguior, Mandel: Benzoe dicta.

BERBERIS Radix, Cortex medius, Bacca.

Berberis vulgaris L. Berberisgen. Marchia indigena, sepibus, collibus, & ad oras sylvarum & pascuorum; aliis sativa.

BETONICAE Herba.

Betonica officinalis L. Betonicen. Nostra, perennis, copiosa in pratis, syluis, ericetis & collibus, æstate & autumno floret; Folia radicalia colligenda.

BETULAE Folia tenella, Cortex,
Aqua seu Succus ex arbore
stillans.

Betula alba L. Weiße Birken. Nostra, arborea.

BIS-

B I.

BISTORTAE Radix.

Polygonum Bistorta L. Natterwurzel, Schlangenwurzel. Floret perennis in paludosis, pratensibus & turfosis, Junio & Julio.

BOLUS ARMENA.

Argilla Bolus L. Armenischer Bolus.

BONI HENRICI Herba recens.

Chenopodium bonus Henricus L. Stolzger Heinrich. Nostra, perennis, in ruderalis, fimetis, ad sepes, vias circa pagos.

BORRAGINIS Herba, Flores.

Borrago officinalis L. Borrage, Borretsch. Planta hortensis; recens pro succo expresso & usu medico; sicca iners.

BORAX. Borax.

Sal compositum ex alcali minerali & Sale medio Sedativo.

BOTRYOS Folia, Semen.

Chenopodium Botrys L. Traubenkraut, Romanischer, Schlesiischer Thee. In calidioribus Europæ regionibus spontanea est, ejusdem indolis cum *Batry mexicana* (*Chenopodium Ambrosioides* L.), quarum vtraque in hortis feritur.

BOLETUS CERVINUS off.

Lycoperdon ceruinum L. Schweinstrüpfeln, Hirschbrunnst, in oder unter der Erde; non Phallus foetidus. Est Fungus totus compactus immaturus niger, pro colorandis Balsamis quibusdam efficitur.

B O.

BOVISTA s. CREPITUS LUPI, Bovist.

Lycoperdon Bovista L. Fungus annuus habitat in hortis, pascuis, campis & collibus sterilibus vbiq. Maturus colligitur & pulverulentus.

BRANCAE VRSINAE Herba.

Acanthus Germanica. *Heracleum Sphondylium* L. Bärentau.

BRYONIAE Radix.

Bryonia alba L. Gichttrübe, Zannrübe. Planta indigena, sepiaria, scandens, spontanea & plantata, radice magna alba, carnosio-succosa fusiformi. Floret æstate; Radix Aprili & Oßobri colligenda & in taleolos secta probe desiccata contra vermes & cariem munienda.

BUGLOSSI officinalis Herba & Flores.

Anchusa officinalis L. Ochsenzunge. Planta recens in usum tracta virtutis quid habet, sicca parum vel nihil.

C.

CACAO Nuclei.

Theobroma Cacao L. Cacaobaum. Arbusecula in Insulis & ad oras Americæ meridionalis & Mexico culta.

CAJAPUT OLEUM. Cajaputöl.

Aromaticum in India orientali in maxima copia conficitur e fructibus *Myrti Leucadendræ* L.

CA-

C.A.

CALAMINARIS LAPIS, CAD-
MIA FOSSILIS off.

Zincum Lapis Calaminaris W. Galtmey.
Ex officinis Goslarieusibus ad nos de-
fertur.

CALAMI AROMATICI s. ACO-
RI VERI Radix.

Acorus Calamus L. Calmus. Nostra,
perennis; habitat in paludibus & ad
oras fluminum in terra spongiosa. Ju-
lio & Augusto floret; Autumno radi-
ces colligantur.

CALENDULAE Flores.

Calendula off. L. Ringelblumen, Gold-
blumen. Hortensis, perennis. Re-
centes flores valent, exsiccati nil vi-
rium habent.

CALX VIUA. Lebendiger, unge-
löschter Kalk.

Tam e Lapide calcareo vsto, quam e te-
stis ostrearum calcinatis.

CAMPORA. Campher.

Laurus Camphora L. arbor Asiatica.
Campherbaum. Ex India orientali cru-
da adfertur, apud Batauos depuratur.

CANCORUM CHELAE, LA-
PIDES s. OCULI. Krebs-
scheeren, Krebssteine, Krebs-
augen.

Cancer Astacus L. Colliguntur copiose
in Marchia, maxima vero quantitas
ex Ukrania & Polonia ad nos ad-
fertur.

C.A.

CANELLA ALBA. Weißer
Zimmt. Cortex

Winteraniae Canelle L. Arboris Ame-
ricanae. Datur duplex, crassior ligno-
sior, ignobilior, dilute spadiceo-al-
bicans, tenax & candidior, fragilior
qui *spurius*; tenuior, acrior, qui
verus.

CANNABIS Semen. Hanffamen.
Cannabis sativa. L. Nostra, annua,
sativa.

CANTHARIDES.

Meloe vesicatorius L. Spanische Fliegen.
Annis siccioribus Julio mense deva-
stant Fraxinum, Ligustrum, Capri-
folium & plures alias plantas.

CAPILLI VENERIS Herba, vid.
Adiantum nigrum.CARDAMOMUM MINUS. Car-
damomlein.

Anomi Cardamomi L. Semina cum con-
ceptaculo. Reliquae Cardamomi spe-
cies principis & viribus parum sunt
diversae.

CARDUI BENEDICTI Her-
ba, Semen.

Centaurea Benedicla L. Benediktenkraut.
Spontanea in Europa calidiori; nobis
hortensis.

CARDUI MARIAE Semen.

Carduus Marianus L. Marien-Distel.
Calidioris Germaniae incola.

B

CA-

CA.

CARICAE s. FICUS. Feigen.

Ficus Carica L. Arbor Afrix & Europæ meridionalis incola; apud nos in multis hortis colitur.

CARICIS Radix.

Carex arenaria L. Sandriedgras, Flug-sandriedgras, Eiserpähden. In monticulis & devastatis, sabulo volatili testis. Radix vere & autumnò colligenda.

CARLINAE Radix.

Carlina acaulis L. Weiße Eberwurz. Per partem Germaniæ temperatæ in locis montosis calcareis, soli meridiano expositis & ventis, magna copia nascitur, v. g. in Thuringia, Silesia, rel.

CARTHAMI Flores & Semina.

Carthamus tinctorius L. Safran, Wilder Safran. In hortis inter olera colitur, sed etiam e Germania cis- & transrhœnana copiose ad nos peruenit.

CARUI Semen.

Carum Carui L. Karbe, Wiesenkümmel, Krauskümmel. In pratis & pascuis provinciorum valde luxuriat. Differt in officinis semen plantæ sativæ majus, maturius, magis aromaticum, & minus e planta spontanea in Thuringia, Misnia, rel. collectum, magisque mixtum seminibus maturis & imperfectis.

CARYOPHILLATAE Radix.

Geum urbanum L. Benediktenwurz, Nesselnwurz, Garaffewurz. Ad sepes & in umbrosis frequens. Radix

CA.

bona & medica a plantis desumenda nondum floridis junioribus, quæ nec lignosa, nec cariota est.

CARYOPHYLLI AROMATICI. Gewürznelken.

Calyces florum arbusculæ Moluccanæ *Caryophylli aromatici* L.

CASCARILLAE Cortex. Cascarille.

Croton Cascarilla L. Arbor Americana.

CASSIA CARYOPHYLLATA. Cortex.

Myrti caryophyllata L. Arboris in Zeylonia, Brasilia, Mexico, Jamaica & Madagascari nascentis.

CASSIA FISTULARIS. Siliqua. Cassien-Rohrlein.

Cassia fistula L. Indiæ orientalis arbor.

CASSIAE LIGNEAE Cortex. Mutterzimmet, Cassienrinde.

Laurus Cassia L. Arbor Indiæ orientalis. Datur in officinis duplex vel triplex:

- 1) Crassior, lignosior, tenuior, in canulas conuolutus.
- 2) tenuior, fragilior in canulas conuolutus, magis aromaticus & gratus.
- 3) tenuior, fragilis, optimus, aromaticus, non conuolutus, sed secundum longitudinem divisus, quem & Deutschenische Cassie vocant.

CASTOREUM, Bibergeiß.

Castor Fiber L. Optimum est, quod ex Russiæ provinciis aduehitur; Castore-

CA.

Storem America Septentrionalis bonitate & viribus Russico multo est inferius. Quod ex Anglia accipimus in oblongis sacculis omnium pessimum est, fallum, omnibus dotibus destitutum.

CATAPUTIÆ MAJORIS Semen. vid. Ricini Semen.

CATECHU, TERRA CATECHU, TERRA JAPONICA. Cachou Gallorum.

Succus plantæ incognitæ Indiarum orientalis vid. Gleditsch Einleit. in d. Kenntniß der Arzen. Th. II. p. 511: 520.

CENTAURII MINORIS Herba & Summitates.

Gentiana Centaurium L. Tausendgüldenkraut. Nostra, in pratis, pascuis & herbis subfalsis Julio frequens, interdum quoque Augusto.

CEPAE bulbis.

Allium Cepa L. Zwiebel. Hortensis, biennis.

CERA ALBA & FLAUA.

Cera apum (*Apis Mellifera*) Weiß und gelb Bienenwachs.

CERASORUM Fructus, Nuclei, Gummi.

Prunus Cerasus L. Kirschenbaum. Fructus a Ceraso sativa fructu rotundo rubro & acido ejusque varietatibus (TOURNEF. *Instit.* p. 625.) desumatur; Nuclei a majore ac sylvestri fructu subdulci nigro colore (TOURNEF. *Instit.* p. 626.) Ar-

CE.

bor sylvestris potiorem partem fructuum largitur, quæ die rechte wilde schwarze Vogelkirsche appellatur.

CERUSSA ALBA. Bleiweiß, Schieferweiß.

Calx plumbi aceto facta.

CERUSSA CITRINA. Bleigelb.

Calx plumbi ad flavedinem calcinata.

CERUI CORNU & SEBUM, Hirschhorn und Hirschtalg.

Cervus Elaphus L.

CETI SPERMA vid. Sperma Ceti.

CHAEREFOLII s. CHAEROPHYLLI offic. Herba recens.

Scandix Cerefolium L. Körbellekraut, Gartenkörbel. Diverso anni tempore facta in hortis floret, recentissima bona, sicca ignobile medicamentum.

Nota. Datur planta temula verna, quæ *SCANDIX ANTHRISCUS* L. facie ad *Chærefolium sativum* accedens, non tamen principiis & viribus.

CHAMÆDRYS Herba.

Teucrium Chamædrys L. Gamanderlein. In Misnia, Thuringia & Silesia luxuriat in apricis & montosis, saxosis & vineis. In hortis tamen colitur cum fructu.

CHAMAEPYTIS Herba.

Teucrium Chamæpytis L. Erdliefer, Gichtkraut. Idem valet ac de priori.

B 2

CHA-

CH.

CHAMOMILLAE ROMANAЕ Flores.

Anthemis nobilis L. Römische Chamillen. Hortensis nobis & perennis, aestate & autumno florens.

CHAMOMILLAE VULGARIS Flores.

Matricaria Chamomilla L. Chamillen, Feldchamillen, Hermelchen. Nostra, annua, inter Cerealia in vario solo certis annis luxuriat, magis vel minus odora.

CHEIRI Flores.

Cheiranthus Cheiri L. Gelbe Biesen. Hortensis e semine e Gallia, Italia, Belgia allato.

CHELIDONII MAJORIS Herba recens, Radix.

Chelidonium majus L. Schöllkraut. Nostra perennis, verna. Radix Martio, herba Aprili colligenda; aestate floret.

CHELIDONII MINORIS Herba recens.

Ranunculus Ficaria L. Scharbockskraut, Wild Löffelkraut, klein Schöllkraut. Tota planta Martio & Aprili pro succo exprimendo colligitur, sicca parum virtutis habet.

CHERMES vid. Kermes.

CHINAE s. CHINCHINAE CORTEX s. CORTEX PERUVIANUS. China oder Fiebereinde.

CI.

Cinchona officinarum L. Arbor Americae meridionalis.

CHINAE Radix. China: oder Boffenwurzel.

Smilax China L. Asiatica, Sarmentosa.

CICHOREI Herba & Radix.

Cichorium Intybus L. Cichorien, Hinzdeläust, Wegewart. Copiose ad vias & agrorum margines sativa, temperatior, spontanea amarior, & radix lignosior. Aestate floret.

CICUTAE Herba.

1) *Conium maculatum* L. Cicuta major TOURN. Geseckter Schierling, Tollkörnel. rel. In hortis, rudertis, fimetis, paludosis, ad pagos & suburbia multis locis valde luxuriat.

2) *Cicuta virosa* L. Cicuta aquatica WEPFERI; Giftiger Wüterich, Wasserschierling. Non confundenda cum priori specie multo mitiore. Hujus radice vtuntur ad emplastra quidam.

CINAE s. SANTONICI s. SANCTUM, ZEDOARIAE Semen, Wurmsamen, Zittwerfsamen.

Artemisia Contra L. Orientalis, sed semper fere variis quisquiliis permixta, rarius pura.

CINERES CLAUPELLATI, Pottasche.

Alcali fixum vegetabile lignorum, impurum

C I.

putum, plus minus calcinatum, hinc, non nisi valde depuratum adhibendum.

Nota. Quod e Marchie Prouinciis, optimum, e Russia plurimum, e Polonia interdum pessimum apportatur.

CINNABARIS NATIUA. Bergzinnober.

Hydrargyrum Cinnabaris L. S. N. Ex fodinis & fluuiis Hungariae, Idriae, Bohemiae & Germaniae &c. ad officinas peruenit.

CITRI Poma eorumque Succus expressus, Cortex, Fluedo, Oleum.

Citrus medica L. Citronenbaum. Arbor Europae australis, sed sumantur ab arbore culta, non spinosa s. syluestri; Hujus enim medulla magis acris & nauseosa, non acida, pura est, & cortex minus aromaticus, temperatus.

COCCIONELLA, Cochenille.

Coccus Cacti L. Insectum Cacti speciei adhaerens, americanum.

COCCUS POLONICUS.

Ad radices secalis, Potentillae annuae & argentae, nec non Fragariae vescae in Russia australi & Polonia majori, in Marchiae vero & Borussiae provinciis Scleranthi potillimum radicibus inhaerens reperitur.

COCHLEARIAE Herba recens, Semina.

C O.

Cochlearia officinalis L. Köffelkraut. Hortensis, annua & satiuua, quae mitior, maritima spontanea.

COLCHICI Radix recens.

Colchicum autumnale L. Zeitsofen. In pratis Misniae, Ducatus Halberstadiensis cat. frequens. In Marehia hortensis.

COLOCYNTHIDIS Fructus.

Cucumis Colocynthis L. Coloquinten. E Syria, Aegyptio & Graecia parua sicca ad nos perueniunt.

COLOPHONIUM.

Resina Abietis & Pini. Plerumque etiam conficitur ex residuo Olei Therebinthinae.

COLUMBO s. CALUMBO Radix.

Zeylanica amara, Gentianae rubrae aemula.

CONII Herba vid. CICUTA.

CONSOLIDAE MAJORIS Radix.

Symphytum officinale L. Schwarzwurzel, Wallwurzel. Spontanea & vulgarissima, Junio & Julio in pratis paludosis, ad aggeres, fossas, & in syluis umbrosis humectatis, pinguiore solo crescit.

CONSOLIDAE SARACENICAE Herba.

Solidago Saracenicæ, L. Hohe Goldrute.

CO.

In Marchia hortensis, in sylvis vero montosis Thuringia, Hercynia, non rara. Loco Virgæ aureæ sæpius datur, principiis vero & viribus vere distincta. Planta florens Julio colligenda.

CONTRAJERUAE Radix.

Dorstenia Contrajerua L. Peruvianische Gifzwurzel. Peruviana, Mexicana.

CORALLIA RUBRA. Rothe Corallen.

Iris Nobilis L. S. N.

CORALLINA OFFICINALIS,

Muscus Corallinus. Corallen: Moos.

CORIANDRI Semen.

Coriandrum sativum L. Coriander. Ex agro Erfurtensi & Bambergensi ad nos defertur; in hortis nostris inter Daucum aliaque olera valde luxuriat.

CORNU CERUI vid. CERUI CORNU.

CORNUS OFFICINALIS. (Drupæ)

Cornus mas L. Corneelbaum. Corneelbus: Kirschen. Frutex, floret Martio & Octobri.

CREPITUS LUPI vid. Bovista.

CRETA ALBA. Weiße Kreide.

Calx Creta L. E Norwegia ad nos defertur.

CROCUS. Safran.

Stigmata Croci sativi autumnalis L. ex-

CU.

tra Corollam pendula. Austriaca & Anglica; in hortis botanicis & curiosorum apud nos colitur, perennis.

CUBEBÆ. Cubeben.

Fructus *Piperis caudati* L. Ex India Orientali.

CUCUMERIS Succus & Semen.

Cucumis sativa L. Gurken. Sativa.

CUCUMERIS ASININI Fructus

recentes maturi, exque his coctione elicetus succus *Elategium* dictus.

Momordica Elaterium L. Hortensis annua vel biennis pro varietate cultura. Rarioris usus.

CUCURBITAE Semen. Kürbis-samen.

Cucurbita Pepo L. Hortensis, sativa.

CULILAVAN Cortex.

Laurus Culilavan L. Arbor Indiae orientalis.

CUMINI Semina. Langer Kümmel, Hafer-Kümmel.

Cuminum Cuminum L. Planta annua in Malta & Sicilia culta.

CUPRUM. Kupfer.

CURCUMAE Radix.

Curcuma longa L. Gurrumei, Gelbsuchtwurzel. Planta arundinacea Indiae Orientalis.

CUSCUTA vid. EPITHYMUM.

CY-

CY.

CYCLAMINIS officinalis Radix
recens.

Cyclamen Europæum L. Schweinsbrod,
Saubrod. In Heluetiæ & Silesiæ mon-
tibus crescit.

CYDONIAE FRUCTUS.

Pyrus Cydonia L. Quitten, Quitten-
baum. Arbor hortensis; spontanea
varietas rarior, vel in provinciis paulo
temperatioribus.

CYNOGLOSSI Herba & Radix.

Cynoglossum officinale L. Hundszunge.
In ruderatis & ad vias vbique circa
pagos & in ipsis ericetis.

Nota. Radix & Herba recentes sumen-
dæ, siccæ parum virtutis habent.

CYNOSBATI Fructus. Hage-
butten.

Rosa canina L. Wilde Rosen. Fru-
tex in sepibus & dometis frequens.

CYPERI LONGI Radix.

Cyperus longus L. Lange Cyperwurzel.
Planta calamaria in paludosis Italiæ
& Galliæ crescens & æstate florens.

CYPERI ROTUNDI, Radix.

Cyperus rotundus L. Runde Cyperwur-
zel. Perennis planta, in paludosis In-
diæ, Syriæ, Aegypti & Persiæ crescens,
principiis & viribus priori maxime
affinis.

D.

DACTYLI. Datteln.

Drupæ *Palme Phœnicis* L. calidioris
Climatis incolæ cultæ & spontaneæ.

DI.

DAUCI CRETICI Semen.

Athamanta annua L. Mohrenkummel.
Cretica, parce hortensis.

DAUCI VULGARIS Semina,
Radix.

Daucus Carotta L. Mohren; Mohr-
rüben, gelbe Rüben. Satiua, hortens-
is & arvensis.

DICTAMNI ALBI Radix.

Fraxinella auctorum, Dictamnus albus
L. Weißer Diptam. In hortis qui-
busdam colitur; in Thuringia satis
copiose crescit, vnde ad nos venit,
sed tantum cortex, non integra ra-
dix, cum centrum fit lignosum atque
compactum.

DICTAMNI CRETICI Folia.

Origanum Dictamnus L. Cretischer
Diptam. Exotica, Europæa, peren-
nis. In hortis curiosorum circa fi-
nem æstatis floret; rarioris vsus.

DORONICI officinalis Radix sicca.

Doronicum Pardalianches L. Gens-
wurzel. Floret vere. Radix vere &
autumno colligenda. Planta peren-
nis, hortensis.

DRACUNCULI Herba.

Artemisia Dracunculus L. Dragun.
Hortensis, perennis. Herba autumno
collecta, rarioris vsus.

DULCAMARAE Stipites vid. So-
lanum scandens.

EBU-

EB.

E.

EBULI *Radicis Cortex, Folia, Flores, Baccæ.*

Sambucus Ebulus L. *Uttich.* Herba fruticosa, non rara, nobis fatiua. Flores æstate, radices sero autumno, baccæ autem Septembri colligantur.

ELATERIUM vid. **CUCUMIS ASININUS.**

ELEM.

Resina *Amyris Elemifera* L. Arboris Americanæ.

ENDIUIAE *Herba & Semen.*

Cichorium Endiuiæ L. *Endivien.* Planta hortensis annua vulgaris, in Palæstina & adjacentibus spontanea.

◦ **ENULAE** s. **HELENII** *Radix.*

Inula Helenium L. *Wantrurzel.* In hortis nostris colitur temperatioris Europæ incola.

EPITHYMUM officinarum. *Thymseide.*

Cuscuta Europæa L. Parasitica varietas officinalis minor Thymo adnascens, Maro, Majoranæ aliisque plantis aromaticis, ut & statura altiori variis cerealibus, leguminibus, fruticibus & sepibus.

EQUISETI *Herba.*

Equisetum aruense L. *Kahensteert, Akerroschwanz.* In pratis & agris

ER.

frequens, vere florens; post messem colligenda est herba tota.

ERUCAE *Semen.*

Brassica Eruca L. *Weißer Senf.* Sativa extranea.

ERYNGII *Radix.*

Eryngium campestre L. *Mannstreu, Laufdiestel.* In campis cis- & trans Viadrinis, Ducatus Magdeburgicæ, Halberstadie & tractus Salani frequens. Radices primo vere vel autumno colligantur.

ERYSIMI *Herba recens.*

Erysimum officinarum L. *Wegsenf.* Ad vias publicas, in syluis, campis, pagis & suburbiis luxuriat. Floret æstate & autumno. Herba tota caulescens colligitur. Erronee satis in officinis occurrit sub nomine *Verbenæ feminæ.*

ESULAE *radicis Cortex.*

Olim sub nomine *Esulæ majoris*, hodie cortex radicis, non centrum lignosum iners, in usu est, ab *Euphorbia Cyparissias* L. *Wolfsmilch*, desumitur.

EUPATORII *Herba.*

Eupatorium cannabinum L. *Wasserdost, Rumigundenkraut.* Copiosissima, ad oras sylvarum, atque pratorum, palustrium, fossas & aggeres circa pagos, Julio & Augusto florens. Herba florida & folia radicalia vicissim prostant.

EU-

EU.

EUPHORBIIUM (Gummi Resina.)

Euphorbia officinalis L. Ex Aethiopia, India Orientali & aliis calidioribus Asiae & Africae plagis ex *Euphorbia Schadidacalli* Malabarorum, *Euphorbia Cerei* effigie, aliisque arborefcentibus *Euphorbiae* speciebus.

EUPHRASIAE Herba.

Euphrasia officinalis L. Nagentrost. Nostra, annua, pratensis & syluatica. Herba florida aestate colligitur.

F.

FABARUM Flores.

Vicia Faba L. Saubohnen, Pferdebohnen. Satiua, annua. Datur *Farina Fabarum* in officinis, quae vero ex *Semine Phascolorum* praeparatur.

FARFARÆ s. TUSSILAGINIS

Radix, Herba.

Tussilago Farfara L. Huslattich. Perennis, in locis Marchiae argillosis campestribus & montanis frequens.

FEL BOUIS *inspissatum*. Ochsen-
galle.FERRUM, CHALYBS, MARS.
Eisen, Stahl.FILICIS Radix. Farrenkraut-
wurzel.

Polypodium Filix, Mas & femina L. Planta communis in syluis feracioribus & ericetis.

FO.

FOENICULI Radix, Herba, Se-
mina.

Anethum Foeniculum L. Fenchel. Semen e Misnia, Thuringia & Franconia adfertur. Radix in hortis nostris culta praestat carnosior pra illa, quam lignosiore, annosam ad nos deferunt; sic & herba in agro cineribus stercoreto excolta.

FOENICULI AQUATICI s.
PHELLANDRII Herba
& Semen.

Phellandrium aquaticum L. Pferdefaat, Wasserfenchel. In fossis, paludosis, pratensibus, & syluaticis apud nos vulgatissima.

FOENUGRAECUM, Semen.

Trigonella Foenum graecum L. Bockshorn, Foenugrecum. E Thuringia & Franconia copiose ad nos peruenit.

FORMICAE cum aceruo.

Formica rufa L. Ameisen. Copiose in Berclinenfis agri pinastretis colliguntur aestate.

FRAGARIAE Baccæ recentes &
Herba.

Fragaria vesca L. Erdbeeren. Planta fere vbique spontanea. Hortensis culta maxime variat.

FRANGULAE CORTEX me-
dius.

Rhamnus Frangula L. Faulbaum, Pulz-
verholz. Vulgatissima e baccis deci-
duis

C

FR.

duis in humidiusculis, sterilioribus & umbrosis sylviarum tractibus frequens. Cortex vere & astate colligendus.

FRAXINI Cortex, Folia recentia.

Fraxinus excelsior L. Große Esche. Arbor indigena sylviarum nostrarum.

FULIGO SPLENDENS, Ruß.

FUMARIÆ Herba.

Fumaria offic. L. Erdrauch. Nostra, annua; in campestribus, inter cerealia, aruis & neglectis pagorum locis. Florentem colligimus, sed melius juniorem, succulentam, antequam caules nimis tenaces evadant.

G.

GALANGAE (minoris) Radix.

Maranta Galanga L. Kleiner Galgant. Asiatica, perennis.

GALBANUM (Gummi Resina.)

Bubon Galbanum L. Mutterharz. Africana, perennis.

GALII Summitates.

Galium verum L. Wallstroh, Unser sieben Frauen Bettstroh. Planta nostra, perennis, astate ubiuis fere locorum florens.

GALLÆ TURCICÆ. Galläpfel.

Nidi *Cyniphis Quercus Orientalis*. E Græcia & Hungaria advehuntur.

GAMBOGIA vid. Gummi Guttae,

GE.

GENISTÆ Flores & Semen.

Spartium Scoparium L. Ginſt, Pfriemenkraut, Hasengeiß. Nostra, perennis, in fabulosis, incultis & asperis vere florens.

GENTIANÆ ALBÆ Radix.

Lasertium latifolium L. Weißer Enzian, weiße Hirschwurzel. E monticulis Thuringia magna copia autumnum collecta, ad nos venit.

GENTIANÆ RUBRÆ Radix.

Gentiana lutea L. Enzian, Bitterwurzel. Rarius & ægrius culturam fert, ex Alpibus copiosissima ad nos venit.

GERANII (robertiani) Herba.

Geranium robertianum L. Ruprechtskraut, Storchschnabel. Planta per maximam anni partem & copiose in sylvis & ruderatis florens.

GLANDES QUERCINAE, Eicheln, vid. Quercus.

GLYCYRRHIZA vid. Liquiritia.

GRAMINIS Radix.

Graswurzel, Quecken, Pähden. *Triticum repens* L. ubique fere, perennis. Ex agris pinguioribus collecta præstat.

GRANATI Poma, Cortex (Mallicorium dictus),

Punica Granatum L. Granatapfelbaum. Arbor Aliz & Europæ meridionalis. Poma dulcia & acida cum succo a factiva in usu sunt; Cortex e planca sylvestri

GR.

- vestri & sativa flore simplici. *Flores*
a varietate sativa flore pleno. vid.
Balaustia.
- GRANA CHERMES vid. Kermes.
- GRANA PARADISI vid. PARADISI GRANA.
- GRATIOLÆ *Herba.*
Gratiola officinalis L. Wisdaurin, Gottes Gnadenkraut. Perennis, luxurians, in pratis ad oras fossasque pratenses, & in pascuis ripariis nimis frequens. Junio & Julio cum floribus colligenda.
- GUAJACI *Lignum, Cortex, Resina.*
Guajacum officin. L. Franzosenholz, Boffenholz, Arbor Americana.
- GUMMI AMMONIACUM, Ammontakgummi.
Gummi-Resina *Ammoniaci* L. Plantæ exoticæ, africanæ, umbellatæ.
- GUMMI ARABICUM, Arabisch Gummi, Gummi Senegal.
Mimosæ Niloticæ L. Arbor exotica.
- GUMMI BDELLIUM vid. Bdellium.
- GUMMI ELEMI vid. Elemi.
- GUMMI GALBANUM vid. Galbanum.
- GUMMI GUTTÆ s. GAMBOGIA.
Succus Cambogiæ Guttæ L. Arboris Indix Orientalis.

GU.

- GUMMI HEDERÆ vid. Hedera.
- LACCÆ vid. Lacca.
- LADANI vid. Ladanum.
- MASTICHES vid. Mastiche.
- MYRRHÆ vid. Myrrha.
- OLIBANI vid. Olibanum.
- OPOPANACIS vid. Opopanax.
- SAGAPENI (Gummi Resina.)
Obscura, exotica, Persica.
- SANDARACÆ, Sandarac.
Resina *Juniperi* speciei exoticæ obscuræ.
- TACAMAHACÆ, Tacamahak.
Fagaræ ochlandræ L. Arboris americanæ; ex America meridionali & Antillis adfertur.
- TRAGACANTHÆ, Gummi Dragant.
Lacrymæ *Astragali Tragacanthi* L. humilis & spinosæ plantæ in Gallia mediterranea, Italia, Græciæ insulis & Oriente. *Electa* pro officinis, reliqua pars ad artifices transit.

HA.

H.

HAEMATITES LAPIS. Blutstein.

Ferrum Haematites L.

HEDERAE ARBOREAE *Folia, Baccæ & Resina* (Gummi Hederæ?)

Hedera Helix L. Ephen, Baumwinde. Nostra, perennis & communis.

HEDERAE TERRESTRIS *Herba.*

Glechoma hederacea L. Gudelreben, Gundermann. Nostra, perennis, valde luxurians. Mensibus vernis floret, dein tota æstate colligitur herba ex locis umbrosis, pinguioribus.

HELENIUM vid. Enula.

HELLEBORI ALBI *Radix.* Weiße Nießwur.

Veratrum album L. Pflanze alpenf., perennis.

HELLEBORI NIGRI *Radix* Schwarze Nießwur.

Helleborus niger L. Hæc vera est, sed raro in officinis prostat, quin potius radices *Adonidis veræ* L. sæpius pro hac emantur. Hortensis, perennis. Fibræ radicis tantum in usum trahendæ, non vero corpus lignosum earum, ut plurimum iners, centro cariolo vel atate destructo donatum.

HE.

HEPATICAE (nobilis) *Herba.*

Anemone hepatica L. Edel Leberkraut. In locis umbrosis, nemorosis haud infrequens, perennis; Floret Martio & Aprili. Folia perfecta æstate colligenda.

HERNIARIAE *Herba.*

Herniaria glabra L. Harnkraut, Bruchkraut. Indigena, annua planta, agros, aggeres & pascua sterilia arida occupans, acriuscula. Floret æstate.

HIPPOCASTANI *Cortex.*

Aesculus Hippocastanum L. Falscher, Ross-Castanienbaum. Exotica, Orientalis arbor, nunc vero plantatione &c. indigena facta. Cortex tam ramorum juniorum quam & præsertim fructuum maturorum, externus crassior, non vero nucleorum, in usu est.

HIRUDO officinarum. Blutigel.

Hirudo officinalis Raji L. in paludibus & fossis frequens.

HORDEI *Semen mundatum, excorticatum & perlatum.*

Hordeum distichum L. Gerste, Sommer- und Winter-Gerste. Planta sativa.

HYDRARGYRUM vid. Argentum vivum.

HY-

HY.

HYOSCYAMI NIGRI *Folia, Semen.*

Hyoscyamus niger L. Schwarz; Bissenskraut. In ruderatis, aruensibus & circa pagos & suburbia Iulio floret. Radix & folia radicalia a planta primo anno enascente defumuntur.

HYPERICI *Herba & Flores.*

Hypericum perforatum L. Sanct Johannis-Kraut. Nostra, perennis, in syluis, campis, hortis passim. Aestate floret, quo tempore colligenda.

HYSSOPI. *Herba.*

Hyssopus officinalis L. Ysop. Hortensis, suffruticosa, communis; menfibus æstiuis florens,

I.

JALAPPÆ *Radix.*

Planta Americana dubia. An *Mirabilis longiflora*. L.?

ICHTYOCOLLA & COLLA PISCIIUM. *Hausenblase.*

Gluten excoctum ex variis membranis, aliisque partibus piscis Wolgavia. *Accipenseris Husonis* L. Hausen. Ex Russia australi, Sibiria & Pannonia.

IMPERATORIÆ *Radix.*

Imperatoria Ostruthium L. Weiße Meisterwurzel. In Marchia hortensis, alias spontanea multis locis, cultura maxime multiplicatur.

IP.

IPECACUANHÆ *Radix, Indianaische Brechwurzel, Ruhrwurzel.*

Viola Ipecacua L. Americana.

* Genuina neque nigra, neque alba, sed cinerea seu fusca, gracilis, longa, tortuosa, nodosa esto, odoris vix ullius, saporis amaricantis, subadstringentis, quodammodo acris. In cortice sola vis est. Haud confundenda cum alia specie, quæ sæpius pro illa venditur, sed adulterina est, alba tenuis, lignosa, absque rugis & amarore.

IREOS FLORENTINÆ *Radix.*

Iris Florentina L. Florentinische Biotenwurzel. Hortensis, perennis. Ex Italia copiose affertur.

IREOS NOSTRATIS *Radix.*

Iris Germanica L. Blaue Schwerdtlilie. E Thuringia. Nobis hortensis, perennis, valde luxuriat cultura.

JUGLANDIS *Nux, Folia, Cortex Fructus exterior.*

Juglans regia L. Wallnußbaum. Arbor hortensis.

JUBUBÆ (Fructus). *Rothe Brustbeeren.*

Rhamnus Zizyphus L. In Gallia coluntur, ex Italia potissimum sub nomine Zifola aduehuntur ex arbore sativa.

JU.

JUNIPERI *Lignum, Bacca.*

Juniperus communis L. Wacholderstrauch. Nostra, fruticosa, in montibus frigidis & sabuletis aliisque sterilibus sylvis.

K.

KERMES s. CHERMES *Grana, Succus.*

Coccus Quercus Ilicis L. Species Gallarum, in Quercu Ilice juniore, ramisque nouellis, per partem Provinciae Galliae meridionalis, reperiunda.

L.

LACCA *in granulis; in baculis; in tabulis. Lact in Rohnern, Stocklact; Schellact.*

Gummi Resina Crotonis Lacciferi L. arboris Zeylanicae.

LACTUCÆ *Folia recentia, Semen.*

Lactuca sativa L. Gartenlattich. Hortensis, annua.

LADANUM.

Resina Cisti Cretici L. Fruticis orientalis. Quod vulgo adfertur & in officinis prostat, in gyros, cereorum ad instar conuolutum, genuinum non est, sed impurum terrenis heterogeneis particulis mixtum. Verum Ladanum perrarum est, in massas majores, em-

LA.

plastri mollioris consistentiae compactum & in vesicis ut plurimum inuolutum, odoris fragrantioris est, coloris obscurioris & Spiritu Vini rectificato fere plenarie soluitur.

LAPATHI ACUTI *Radix.*

Rumex acutus L. Grindwurz. Nostra, perennis, in pascuis, pratis, aggeribus & agris aestate floret. Radix ante caulescentiam colligenda (non lignosa).

LAUENDULÆ *Flores.*

Lauandula Spica L. Spise, Lavendel. Spica florum & flores decidui in officinis habentur, e planta majore Orientali, vel minore Europza.

LAURI *Folia & Bacca.*

Laurus nobilis L. Lorbeerbaum. Arbor in hortis nostris colitur. Maxima copia foliorum e Carinthia, Carniola & Istria accedit.

LEUISTICI *Radix, Herba, Semen.*

Ligusticum Leuisticum L. Liebstöckel. Hortensis, perennis.

LICHEN CINEREUS TERRESTRIS.

Lichen caninus L. Hundsmoos, Aschfarbigt Erdleberkraut. Vegetabile in nostris ericetis & locis umbrosis reperiendum.

L I.

LICHEN ISLANDICUS L. f.
MUSCUS ISLANDICUS.

Isländisch Moos.

Varietas *minor* copiose crescit in Marchia pinastretis; *major* in Bructero, Silesia, Misnia & Bohemia montibus altissimis.

LIGNUM ALOES vid. ALOE.

CAMPECHENSE f.
INDICUM. Campecheholz.

Hæmatoxylon Campechiense L.
Arbor Hispania America.

GUAGACI vid. GUA-
JACUM.

JUNIPERI vid. JU-
NIPERUS.

NEPHRITICUM. Griech-
holz, Blauer Santel.

Guilandina Moringa L. Mala-
barica, Ceylonica arbor.

RHODIUM, Rosenholz,
Rhodiserholz.

An *Genista Canariensis* L.?

SANCTUM vid. GUA-
JACUM.

SANTALUM

1. *album*, Weiß Sandelholz,
incertæ arboris.

L I.

2. *citrinum*, Gelb Sandelholz, arboris Indica nondum determinata.

3. *rubrum*, Rother Sandel. Arboris Indica quoque non satis determinata.

LIGNUM SASSAFRAS vid. SAS-
SAFRAS.

LIGUSTRI FLORES.

Ligustrum vulgare L. Reinweide, Mundholz. Frutex spontaneus tam in Marchia provinciis, quam in hortis.

LILII ALBI Radix, Flores.

Lilium candidum L. Weiße Lilien. Asiatice, nobis hortensis, perennis.

LILIORUM CONUALLIORUM
Flores.

Conuallaria majalis L. Mayblumen, Lillien Convallien. In nemoribus umbrosis certis locis humectatis abundat.

LIMONIA vid. CITRUS.

LINARIÆ Herba.

Anthirrinum Linaria L. Leinfrucht, Harnkraut, Frauenschlags. In solo arenoso, in ericetis & ad sepes viasque reperitur; æstate floret & colligitur.

LINGUA CERUINA vid. SCO-
LOPENDRIUM.

LINI Semen.

Linum usitatissimum L. Lein, Flachs, Planta culta.

LI-

L I.

LINI CATHARCTICI *Herba.*

Linum catharticum L. Purgierflachs,
Klein Leintraut. Maxima copia æstate
& autumnno vicens in pascuis & pra-
tis humentibus occurrit.

LIQUIRITIÆ s. GLYZYRRHI-
ZÆ *Radix & Succus con-*
densatus.

Glycyrrhiza glabra L. Süßholz. In
Bambergia copiose culta ad nos venit.

LITHARGYRIUM, Silberglätte,
Goldglätte.

Recrementum Plumbi ex auri, argenti-
que purgatione. Ex officinis fusoriis
Hercyniæ accedit.

LITHOSPERMUM vid. MILIUM
SOLIS.LOBELIÆ *Radix.*

Lobelia siphilitica L. Blaue Cardinals-
Blume. Ex America septentrionali
per Angliam accipimus; in quibusdam
hortis curiosorum æstate floret.

LUMBRICI TERRESTRES.
Regenwürmer.

Lumbricus levis L.

LUPULI *Coni s. Strobuli.*

Humulus Lupulus L. Hopfen. In cer-
tis Marchiæ tractibus magno colitur
studio, in quibus præstat.

L Y.

LYCOPODII *Pulvis (Semen).*

Lycopodium clauatum L. Bärlapp, Jo-
hannisgürtel. Muscus perennis in syl-
uis abiegnis frequens.

LYSIMACHIAE LUTEAE *Herba*
florens.

Lysimachia vulgaris L. Gelber Weides-
rich. In fossis & pratis vdis reperi-
tur, planta perennis, radice luxurians.
Julio & Augusto floret.

Nota. Male pro *Virga Aurea* sæpius in
officinis habetur.

LYSIMACHIAE PURPUREAE
Herba florens.

Lithrum Salicaria L. Brauner Weides-
rich. Floret Julio & Augusto.

M.

MACIS. Muscatenblütze.

Involucrum Nucis Moschatæ vid. *Nux*
Moschata.

MAGNETIS *Lapis. Magnet.*

Ferrum (Magnes) attractorium L. In
ferri fodinis Saxoniæ reperitur.

MAJORANAE *Herba.*

Origanum Majorana L. Majoran. Hor-
tensis.

MA-

MA.

MALA varia f. POMA, imprimis
vero BORSORFIANA
(Borsdorfer Apfel), eorumque
Succus.

Pyrus Malus L. cum varietatibus.

MALUAE ARBOREAE seu
ROSEAE Flores.

Alcea rosea L. Stockrosen, Pappelrosen.
Hortensis.

MALUAE Radix, Herba, Flores
& Semen.

Malva rotundifolia L. Pappeln, Gänsepappeln, Käsepappeln. Ad sepes
& vias publicas copiose crescit.

MANNA vulgaris & electa.

Succus nativus *Fraxini Orni* L. Arboris
Calabriz.

MARI VERI Herba.

Teucrium Marum L. Katzenkraut. Suffruticosa, Italica, sed in nostris hortis
quoque colitur.

MARRUBII ALBI Herba.

Marrubium vulgare L. Weißer Andorn.
Ad vias publicas sponte crescit perennis,
aetate florens.

MASTICHES. Mastix.

Resina *Pistaciae Lentisci* L. Arboris
orientalis.

MA.

MATRICARIÆ Herba & Flores.

Matricaria Parthenium L. Mutterkraut.
Crescit in locis umbrosis, ruderalis
parce, & in hortis colitur.

MATRISYLVAE Herba.

Asperula odorata L. Waldmeister,
Sternleberkraut. Crescit in sylvis
umbrosis. Floret majore.

MECHOACANNAE ALBÆ Radix.

Convolvulus Americanus, Mechoacan
dictus L. Mat. Med. Weiße Jasappe,
Weißer Rhabarber, Indianische Saun-
rübe.

Nota. Caue, ne cum Radice *Bryoniae* per-
mixtam accipias, quæ vero facile di-
stinguenda circulis crassioribus inter-
rioribus & majori albedine, neque
minus eo, quod manducata & deglu-
tita ardoris sensum in faucibus & sa-
llivæ copiosorem secretionem excitet.

MECHOACANNA NIGRA vid.
JALAPPA.

MEL. MEL APUM. Honig.

Crudum, despumatum, virgineum.

MELILOTI Herba & Flores.

Trifolium Melilotus offic. L. Steins-
flee, Honigflee. In agris, pascuis &
pratis frequens.

MELISSAE Herba.

Melissa officinalis L. Melisse. In no-
stris hortis colitur.

D

ME-

ME.

MELONUM *Semina.*

Cucumis Melo L. Melone. Hortensis, annua.

MENTHA AQUATICA vid. PULEGIUM.

MENTHAE CRISPAE *Herba.*

Mentha crispa L. Krauseminze. Hortensis, perennis; initio aetatis florens, e locis subhumidis, pinguibus colligenda.

MENTHAE PIPERITIS *Herba.*

Mentha Piperitis L. Pfefferminze. Anglicana, nobis hortensis, perennis.

MERCURIALIS *Herba.*

Mercurialis annua L. Bingelkraut. In locis neglectis & hortis oleraceis facile provenit.

MERCURIUS vid. ARGENTUM VIUUM.

MEI *Radix.*

Athamanta Meum L. Bärewurzel. Planta umbellata in Thuringia & Hercynia sponte & copiose crescens.

MEZERAEE *Cortex radices, Baccæ (Semen Coccognidii).*

Daphne Mezereum L. Kellersalbe. In sylvis Marchiae novae, Cassubiae, Poloniae & ad oras Hercyniae. In hortis curiosorum Februario, Martio vel Aprili floret; aetate perficit baccas.

MI.

MILII SOLIS *Semen.*

Lithospermum officinale L. Meerhirse, Steinhirse. Nostra. Quod vero Semen Milii Solis vulgo adfertur e Thuringia, genuinum non est, sed ab alia, licet vicina, specie (*Lithosp. purpur. caeruleo*) collecta. Nostra species in rupibus calcareis Rüdersdorfenlibus frequens reperiunda.

MILLEFOLII *Herba & Summitates.*

Achillaea Millefolium L. Schafgarbe. Nostra, perennis, communis.

MILLEPEDES s. ASELLI.

Oniscus Asellus L. Kellersesel, Kellerswärmer.

MINIUM. Mennig.

Plumbum ad calcem rubrum calcinatum.

MORSUS DIABOLI vid. Succisa.

MORI *Fructus.*

Morus nigra L. Schwarzer Maulbeersbaum. Passim apud nos colitur.

MOSCHUS. Biesam.

Folliculus umbilicalis excretorius animalis *Moschi Moschiferi* L. (Biesamthier). Optimus e China, Tartaria & India Orientali adfertur; minus bona e Bengaliam & Russia; pessima & omnium maxime adulterata est, quam ex Anglia adferunt.

Nota. Magna fraus committitur cum hoc pretioso medicamento, saepe jam in locis, ubi colligitur; cum sanguine

MU.

guine enim & arena miscent. De-
tegendum hoc grumis majoribus spu-
rii, euaporatione fere plenaria, si
verus est, remansione vero pulueris
arenosi, si fucatus fuerit, & saturis
sæpe in sacculis continentibus con-
spicuis.

MUSCUS ISLANDICUS vid.
Lichen Islandicus.

MYRRHA. Myrrhe.

Succus gummeo - resinofus plantæ ob-
scure arabicæ & æthiopicæ.

MYRTI Folia recentia, Baccæ.

Myrtus communis L. Myrtenbaum.
Nobis hortensis frutex, ejus patria
Italia.

MYRTILLI Baccæ.

Vaccinium Myrtillus L. Heidelbeeren,
Blaubeeren, Schwarze Besingen. In
ericetis & nemorosis crescit; Floret Majo.

N.

NAPELLUS vid. Aconitum.

NAPHE Flores. vid. Aurantium.

NAPI Radix recens & Semen.

Brassica Napus L. Steckrüben. Satiua.

NASTURTII AQUATICI Herba
virens.

Sisymbrium Nasturtium aquaticum L.
Brunnenkresse, Borkresse. Ad ri-
uulos puriores, scaturiginesque vbi-
que fere apud nos crescit.

NA.

NASTURTII HORTENSIS Her-
ba virens & Semen.

Lepidium sativum L. Kresse, Gartens
Kresse. Satiua, hortensis.

NASTURTII INDICI Flores
& Folia recentia.

Tropæolum majus L. Indianische Kresse.
Copiose in hortis nostris proueniunt.

NEPETAE Herba.

Nepeta Cataria L. Katzenmünze. Circa
pagos in ruderatis copiose floret
æstate.

NEPHRITICUM LIGNUM vid.
Lignum Nephriticum.

NICOTIANAE Folia.

Nicotiana Tabacum L. Toback. Co-
litur in agris nostris.

NIGELLAE Semen.

Nigella fatiua L. Schwarzkümmel. In-
ter olera colitur.

NITRUM. Salpeter.

Officinæ nostræ conficiunt.

NUMMULARIAE Herba.

Lysimachia Nummularia L. Pfennig-
kraut, Schlangenkraut. Crescit in
humidioribus locis, floret copiose
mensibus æstiuis.

NU.

NUX MOSCHATA f. **NUCISTA**, ejusque *Oleum expressum*.

Myristica Moschata L. Muscaten Nuß. Arbor Indix orientalis.

NUX JUGLANS vid. Juglans.

NUX VOMICA. Krähenaugen.

Strychnos Nux Vomica L. Asiatica, arborei.

NYMPHAE ALBAE & LUTEAE
Flores & Radix.

Nymphaea alba & lutea L. Weiße und gelbe Seeblumen, Wasserrosen, Nymphen. Crescit in fossis, lacubus, fluviis passim, & floret Junio & Julio. Radix ex utraque planta, flores e lutea colligendi.

O.

OCYUM vid. Basilicum.

OCULI CANCRORUM vid. Cancer.

OLIBANUM f. **THUS**. Weyrauch.

Gummi-Resina Arboris africanæ *Juniperi* speciei, sed nondum satis determinatæ.

OLIUÆ. Oliven. (*Fructus conditi; Oleum.*)

Olea Europæa L. Delbaum, Olivensbaum. Europæ australis Arbor.

ON.

ONONIS *Radix, Herba.*

Ononis spinosa L. Stachelkraut, Haushechel. In campis liccis, aridis copiosa, agrorum & pratorum vitium.

OPIUM. Mohnsaft, Opium.

Succus inspissatus *Papaveris orientalis*. Ex Oriente potissimum adfertur.

OPOBALSAMUM vid. Balsamus de Mecca.

OPOPANAX, Gummi; *Opopanax.*

Gummi Resina *Pastinacæ Opopanacis* L. Europæ australis.

ORCHIDIS f. **SATYRII** *Radix.*

Orchis militaris & Morio L. Knabenkraut. Spontanea in pratis humidis crescit.

OREOSELINI *Herba.*

Athamanta Oreoselinum L. Grundheil, Bergpetersilie. Crescit in locis arenosis versus meridiem sitis.

ORIGANI CRETICI *Herba* f. potius *Spicæ.*

Origanum Creticum L. Cretischer Dost, Spanischer Hopfen. Europæ australis, perennis.

ORI-

OR.

ORIGANI VULGARIS *Herba.*

Origanum vulgare L. Braune Dofte, Wohlgeruch. Crescit in syluis, floret Iunio & Iulio copiose.

ORYZÆ *Semina decorticata.*

Oryza sativa L. Reiß. Indica, cerealis, annua.

OS SEPIAE. Weiß Fischbein vulgo.

Sepia officinalis L. Piscis Oceani.

OSTREARUM TESTAE f. CONCHAE. Muscherschaalen.

Ostrea edulis L. Ex Oceano.

OUI GALLINACEI *Testæ calcinatae, Albumen, Vitellus.* Eyserschaalen, Eyweiß, Eyerdotter.OXYCOCCI *Baccæ.*

Vaccinium Oxycoccus L. Moosbeeren. In locis nemorosis paludosis vere colligendæ.

P.

POEONIAE *Radix, Flores & Semina.*

Paeonia officinalis L. Pœonie. Hortensis, perennis. Varietas in foliis & radice male mas & femina audit.

P A.

PALMAE (*Oleum expressum*).

Cocos Nucifera L. Palmbaum. Arbor Indica.

PAPAUERIS ALBI *Capita & Semina.*

Papaver somniferum L. Weißer Mohn. In hortis & agris colitur cum nigro.

PAPAUERIS ERRATICI f. RHOEADOS *Flores.*

Papaver Rhœas L. Wilder Mohn, Klatschrosen. Inter segetes frequens plurimis locis.

PARADISI GRANA. Paradieskörner.

Semina Amomi Grana Paradisi L. Plantæ Indiæ orientalis.

PARALYSEOS *Herba, Flores* (Primula veris).

Primula veris off. L. Schlüsselblume. In pratis haud infrequens ficcioribus, Aprili & Majo floret.

PAREIRAE BRAUAE *Radix.*

Cissampelos Pareira L. Brasilianische Grieswurzel. Americana.

PARIETARIAE *Herba.*

Parietaria officinalis L. Glaskraut. Ad oras sylvarum in solo umbroso, pingui, humectato; Floret Majo & Junio.

P.A.

PASSULAE MAJORES. Große
Rosinen.

Uvae passae *Vitis Vinifera* L. Europa
Australis.

PASSULAE MINORES. Klei-
ne Rosinen, Corinthen.

Uvae passae *Vitis apyrenae* L. Orientalis.

PASTINACAE Semen.

Pastinaca sativa L. Pastinac. Horten-
sis, sativa.

PENTAPHYLLUM vid. Quin-
quefolium.

PERFOLIATAE Herba.

Bupleurum rotundifolium L. Durch-
wachs. Hortensis planta in agris Thu-
ringiae sponte crescens.

PERSICAE Flores & Fructus.

Amygdalus Persica L. Pfirsichbaum. In
hortis colitur.

PERSICARIAE Herba.

Polygonum Hydropiper L. Hydropiper
offic. Stöckkraut, Wasserpfeffer. In
locis palustribus, aestate exsiccatis, in-
undatis, fossis humosis frequens.

PERVINCA vid. Vinca Pervinca.

PERUVIANUS CORTEX vid.
Chinchina.

P.E.

PERUVIANUS BALSAMUS
vid. Bals. Peruv.

PETASITIDIS Radix.

Tussilago Petasites L. Pestilenzwurz.
In pratis humidis & ad fossas, ad flu-
mina & aggeres, in solo spongioso hu-
mido non rara. Uberrima ad flumi-
na Hercyniae.

PETROLEUM (Italicum) album,
flavum.

Steinöl. Bitumen liquidum.

PETROSELINI Radix, Herba,
Semina.

Apium Petroselinum L. Petersilien. In
hortis colitur.

PELLANDRIUM AQUA-
TICUM vid. Foeniculum
aquaticum.

PIMPINELLAE ALBAE &
NIGRAE Radix.

Pimpinella Saxifraga L. Weiße und
schwarze Pimpinell. In pratis & pas-
cuibus, agrorum versuris & neglectis
locis vulgaris.

PIMPINELLAE ITALICAE
I. SANGUISORBAE Her-
ba recens & Radix.

Sanguisorba officinalis L. Weißer Di-
bernell, Blutkraut. Floret aestate &
autumno, in pratis depressioribus hu-
midi-

PI.

midiusculis crescit. Est *Pimpinella Sanguisorba major* officinarum, distinguenda a *Poterio Sanguisorba minore*, Italica vulgo, Welfsche Pimpinelle, quæ in collibus & apricis sylvarum, locis meridiei oppositis spontanea est, sed colitur quoque in hortis.

PINI Turiones, Resina (Theribinthina communis).

Pinus sylvestris L. Kiehnbaum, Fichte, Kiefer. Arbor nostra. Ope ignis in peculiaribus fornacibus elicitur quoque ex eadem *Pix liquida* (Theer) & *sicca seu naualis* (Pech).

PINEAE s. NUCLEI PINI.
Pinten.

Pinus Pineâ L. Ex Italia advehuntur.

PIPER ALBUM & NIGRUM.
Schwarzer und weißer Pfeffer.

Piper nigrum L. Asiatica, Sarmentosa.

PIPER LONGUM. Langer Pfeffer.

Piper longum L. Asiatica, Sarmentosa.

**PIPER HISPANICUM seu IN-
DICUM.** Spanischer oder In-
dianischer Pfeffer.

Capficum annuum L. In quibusdam hortis colitur.

PISTACIÆ (Nuces). Pistacien.

Pistacia vera L. Arbor Orientalis.

PI.

PIX BURGUNDICA, vid. Abies.

PIX LIQUIDA & SICCA seu
NAUALIS, vid. Pinus.

**PLANTAGINIS ACUTI s. MI-
NORIS** Folia.

Plantago lanceolata L. Schmales We-
gebreit In gramineis & agris com-
munis.

PLANTAGINIS MAJORIS seu
VULGARIS Radix & Folia.

Plantago major L. Breitblättrichter We-
gebreit. Vt prior fere vbique in gra-
mineis ad vias & agros reperiunda.

PLUMBUM, SATURNUS, Bley.

POLII MONTANI Summitates.

Teucrium montanum L. Bergpösel.
Exotica in Thuringia montolis cre-
scens.

POLYGALAE AMARAE Radix
& Herba.

Polygala amara L. Kleine Kreuzblu-
me. In locis durioribus Novæ Mar-
chiæ occurrit.

POLYGONATI Radix vid. Si-
gillum Salomonis.

POLYGONI Herba.

Polygonum aviculare L. Blutkraut,
Wegetritt. In agris & viis publicis
fere vbique crescit.

PO-

P O.

POLYPODII Radix & Herba.

Polypodium vulgare L. Engelsüß. Plantam Paralyticam ex Hercynia, Franconia habemus.

POLYTRICHUM vid. Adiantum.

POMA vid. Mala.

POPULI Gemmæ f. Oculi.

Populus nigra L. Pappelbaum. Crescit ad littora fluviorum & floret in eunte vere; Gemmæ hoc tempore colligendæ.

PORTULACAE Herba recens & Semen.

Portulaca oleracea L. Portulac. Hortensis, e semine deciduo luxuriat.

PRIMULAE VERIS Flores vid. Paralyticos Herba.

PRUNELLAE Herba.

Prunella vulgaris L. Brunelle, Bräunheit, Gottheit. Fere ubique crescit, in gramineis & arvis.

PRUNA nostra, Gallica & Brignolensia, recentia, ficcata & condita. Einheimische, Französische Pflaumen und Prunellen.

Fructus arboris hortensis *Prunus domestica* L.

PRUNA SYLVESTRIA vid. Acacia.

P S.

PSYLLII Semen. Flibhsamen.

Plantago Psyllium L. In locis arenosis Marchiæ copiose crescit.

PTARMICAE Radix, Folia & Flores.

Achillea Ptarmica L. Weißer Dorant, weißer Bertram. Crescit in sylvis & pratis. Floret Iunio & Iulio copiose. Male sub nomine Pyrethri datur plerumque.

PULEGII Herba.

Mentha Pulegium L. Poley. In quibusdam locis Marchiæ, cis- & trans Viadrinis in pascuis & ad fossas, littoraque maris sponte crescit; cæterum copiose in hortis colitur.

PULMONARIA ARBOREA.

Lichen pulmonarius L. seu *Muscus quernus* offic. Baum- oder Lungen-Moos Baumlungen-Kraut. In Fagetis & Quercetis Marchiæ Brandenburgicæ.

PULMONARIAE (maculosæ) Herba.

Pulmonaria officinalis L. Gesteckt Lungenkraut. In sylvis umbrosis & solo spongioso, primo vere floret, folia dein prius magis adulta colliguntur.

PULSATILLAE NIGRICANTIS Herba.

Anemome pratensis L. Rübenschelle. In apricis sterilibus, aridis; floret Aprili.

PY-

P.Y.

PYRETHRI Radix.

Anthemis Pyrethrum L. Echter Bertram, Zahnwurzel, Speichelwurzel, Johanniswurzel. Planta exotica Europæ australis, non vero Germaniæ. Genuina Radix, quæ ex Italia rarissime ad nos fertur, crassa & napi-formis est; sed diu iam non amplius in officinis genuina haberi potuit, verum semper accipiunt Pharmacopole Ptarmicæ radicem multo aliam, repentem, tenuem, minus aromaticam & acrem.

PYROLÆ Folia.

Pyrola rotundifolia L. Wintergrün. In sylvis acerosis, & ericetis tristisque muscoso solo reperiunda.

Q.

QUASSIÆ LIGNUM.

Quassia amara L. Americanisch Bitterholz, Arbor americana.

QUERCUS Folia, Fructus (Glandes) & Cortex.

Quercus robur L. Eiche. Nostra, arborea.

QUINQUEFOLII Herba, Radix.

Potentilla reptans L. Fünffingerkraut. Nostra, Floret Julio frequentissima.

R.

RANARUM SPERMA. Froschlisch.

Rana temporaria L.

R.A.

RAPÆ Radix recens & Semen.

Brassica Rapa L. Rübe, Feldrübe. Colitur in agris & hortis.

RAPHANI Radix recens.

Raphanus sativus L. Rettig. Hortensis, biennis.

RAPHANI RUSTICANI Radix recens.

Raphanus Rusticanus L. Meerrettig. Hortensis, autumno & hyeme præstans.

RHABARBARI Radix.

Rheum palmatum l. *compactum* L. Rhabarber. Planta Chinenfis, Sibirica. E Russia accedit.

RHAMNI CATHARTICI seu SPINÆ CERUINÆ Baccæ.

Rhamnus catharticus L. Kreuzbeeren, Hirschbeeren. Arbor passim in collibus, dumetis & sylvulis crescens.

RHAPONTICI Radix.

Rheum Rhaponticum L. Rhapontic.

RHODIUM LIGNUM vid. Lignum Rhodium.

RIBIUM Baccæ conditæ.

Ribes rubrum L. Rote Johannisbeeren. Hortensis, floret Aprili, baccas æstate perficit.

E

RI-

R. I.

RICINI *Semina* (*Oleum expressum.*)

Ricinus communis L. Americana, arborea. Wunderbaum.

ROSÆ ALBÆ, PALLIDÆ & RUBRÆ, *Flores.*

Varietates sunt & vbique in hortis coluntur.

RORISMARINI *Folia & Flores.* (vid. Anthos.)

Rosmarinus officinalis L. Rosmarin. Hortensis.

RORISMARINI *sylvestris Folia & Flores.*

Ledum palustre L. Post, Wilder Rosmarin, Wangenkraut. In paludosis crescit pinaltretorum.

RUBIÆ TINCTORUM *Radix.*

Rubia tinctorum L. Färberröthe. In Marchia passim & Silesia inferiori colitur.

RUBI IDÆI *Baccæ recentes & conditæ.*

Rubus Idæus L. Himbeeren. Planta indigena sæpe sylvestris, sed plurimum in hortis colitur.

RUBI NIGRI *Fructus.*

Rubus fruticosus L. Brombeeren. Frutex in agris frequens, in solo pinguis major.

R. U.

RUSCI *Radix, Semina.*

Ruscus aculeatus, L. Mäusedorn. Europæ australis; in hortis floret Februario & Martio.

Nota. Addimus hic ante omissum **OLEUM RUSCI**, quod est Resina liquida empyreumatica Corticis **BETULÆ ALBÆ** L. vulgo audit Birken-Theer, Schwarzer Degend, Thabbert.

RUTÆ HORTENSIS *Herba, Semina.*

Ruta graueolens L. Raute, Weinraute. Hortensis, perennis. Floret æstate.

RUTÆ MURARIÆ *Herba.* vid. Adiantum album.

S.

SABADILLEOS *Semen.* Sabadillsamen.

Planta exotica, obscura, an *Veratri* Species? Semina caustica.

SABINAE *Folia* s. Frondes sub Foliorum nomine.

Juniperus Sabina L. Sadebaum, Stibenbaum. Hortensis, fruticosa; in Sicilia arenosis spontanea.

SACCHARA varia.

Parantur Berolini alibiue ex Saccharo farinaceo. Succu expressi plantæ junioris arundinaceæ Indiæ orientalis *Saccharum officinale* L. dictæ.

SA-

S.A.

SAGAPENUM vid. Gummi Sageni.

SAGO, SEGO, SAGO. Sago, Indianischer Palmengriess.

Est medulla Palmæ orientalis (*Cycas circinalis* L.) in scobem redacta.

SAL AMMONIACUM. Salmiac.

Factitium Magdeburgense. Ex acido Salis & Alkali vrinoso.

SAL CATHARTICUM ANGLICANUM commune, Englisch Bittersalz.

Ex Acido Vitrioli cum terra muriatica.

SAL COMMUNE seu CULINARE, & GEMMAE Rithensalz, Steinsalz.

Ex Acido Salis communis cum alcali fixo minerali.

SAL EPSOMENSE seu EBSHAMENSE. Epsomer Salz.

Ex acido vitriolico cum terra muriatica.

SAL MIRABILE GLAUBERI, Glaubers Wundersalz.

Magdeburgiæ nunc conficitur. Ex Acido vitrioli & alcali salis communis siue mineralis in officinis nostris paratur.

S.A.

SAL SEDLIZENSE. Sedlitzer und Seidschüger Salz.

Ex aquis Sedlizensibus crystallifatione paratur, ejusdem indolis & virtutis, ac Sal anglicum.

SALAB, SALEP Radix. Salapwurzel.

Orchis mascula L. Radix Persica vel Orientalis tuberosa e variis Orchidum speciebus ope aquæ feruidæ emollitis confecta & exsiccatione iterum indurata.

SALICARIAE Herba. vid. Lysimachia purpurea.

SALICIS FRAGILIS Cortex.

Salix fragilis L. Bruchweide. Nostra. Cortex ramorum annuorum vel biennium e stolonibus & virgibus plantæ humilioris (non facile arboris annosioris).

SALICIS PENTANDRAE Cortex.

Salix pentandra L. Salix laurea. Loorbeerweide. De hujus Cortice idem tenendum ac de priore.

SALUIAE VULGARIS seu MINORIS Folia & Flores.

Salvia officinalis L. Salbey. Hortensis.

SALUIA MAJOR vid. Balsamita.

S.A.

SAMBUCI *Cortex medius, Flores, Bacca.*

Sambucus nigra L. Hollunderbaum, Flie-
derbaum. *Sativa & spontanea* mensi-
bus æstivis florens.

SANDARACA vid. Gummi San-
darac.

SANGUIS DRACONIS. Dra-
chenblut.

Resina vel ex *Dracæna Dracone* L. vel
Pterocarpo Dracone L. Indica. Opti-
ma, quæ in parvis frustulis, foliis jun-
ceis vel palmæ involuta reperitur, spe-
cies; impura & fucata, quæ in majores
massas compacta affertur.

SANGUISORBAE *Radix &*
Herba vid. *Pimpinella Italica.*

SANICULAE *Herba.*

Sanicula Europæa L. Sanickel. In syl-
vis nostris passim occurrit.

SANTALUM vid. *Lignum Santali.*

SANTONICI *Semen* vid. *Cynæ*
Semen.

SAPO ALICANTICUS s. HIS-
PANICUS, Alicantische oder
Spanische Seife.

SAPO VENETUS, Venetianische
Seife.

Ex Soda hispanica & oleo Oliuarum pa-
rantur.

S.A.

SAPONARIAE *Radix & Herba.*

Saponaria officinalis L. Seifenkraut,
Rothseifenwurz.

Nota. *Plerumque Saponariæ albæ, quæ*
uero non est Saponaria, sed LYCHNIS
DIOICA L. *radix hujus loco in of-*
ficinis venditur, sed male, quare Phar-
macopolæ admonentur, ne imposte-
rum hunc errorem committant.

SARCOCOLLA, Fleischgummi.

Succus gummeo-resinosus induratus ex
Persia adfertur & stillat ex fruticosa
Penæa Sarcocolla L.

SASSAPARILLAE *Radix.*

Smilax Sassa-parilla L. Americana, Sar-
mentosa.

SASSAFRAS *Lignum, Cortex*
& Radix.

Laurus Sassafras L. Americana.

SATUREJAE *Herba.*

Satureja hortensis L. Saturen, Pfeffer-
kraut. Hortensis, annua.

SATYRII *Radix.*

Orchis Morio L. Knabenwurz, vid.
Orchis.

SAXIFRAGAE ALBAE *Her-*
ba & Radix.

Saxifraga granulata L. Weißer Steins-
brech. *Planta verna in elatioribus*
cam-

SC.

campestribus, tenuique cespite vestitis collibus circa Berolinum haud rara. Radicum bulbuli sub nomine Seminis Saxifragiae in officinis sicci prostant, vere & autumno collecti, e plantis quae caules nondum tulerunt. Pro Saxifragia saepius in officinis occurrit *Cerastium arvense*, sed minus recte.

SCABIOSÆ Herba & Flores.

Scabiosa arvensis L. Apostemkraut, Scabiosen. Planta perennis & viuax; crescit fere vbique in pratis elatioribus, agris, locis neglectis & viis publicis.

SCAMMONIUM.

Succus condensatus gummeo-resinosus, modo e radice, modo ex tota planta Orientali, *Conuoluulus Scammonium* L. dicta, in Aegypto, Syria & Palaestina praesertim indigena. Saepius variis Succis plantarum analogarum, *Aclepiadis Syriacae*, *Euphorbiae*, aliorumque mixtus est. Vulgare est *Smyrnaeum* cum varietatibus; *Aleppicum* hodie bonum, reliquis purius.

SCILLA vid. Squilla.

SCLAREÆ seu HORMINI
Herba tota.

Salvia Sclarea L. Muscatellerkraut, Scharleykraut. Hortensis annua vel biennis.

SCOLOPENDRII Herba.

Asplenium Scolopendrium L. Hirschnjunge.

SC.

SCORDII Herba.

Teucrium Scordium L. Lachenknoblauch. Crescit in paludosis ad flumina Sprée & Viadrum fitis, in terra humosa & valde spongiosa, reptatu luxuriat inter radices caricis & arundines. Triplici facie occurrit planta, Julio & Augusto colligenda, vel florida vel adolefcens.

SCORZONERAE Radix. Schlangenwurzel, Scorzonere.

Scorzonera hispanica L. In hortis sata temperata, spontanea, nostra, amari-cans. Floret vere vel aestate; radices his temporibus collectae e Thuringia ad nos perueniunt, a *Scorzonera latifolia humili* sunt desumptae.

SCROPHULARIÆ Radix.

Scrophularia nodosa L. Braunwurzel. Communis planta in locis umbrosis, nemorosis, ad muros, sepes & fossas crescit, vere & aestate floret; Radix non lignoso-cariosa esto, sed junioris plantae, quae caules nondum emisit.

SECALIS Fructus, farina.

Secale cereale L. Roggen, Roppen, Korn. Satiua, cerealis.

SEDI MAJORIS s. SEMPER-
UIUI Folia.

Sempervivum tectorum L. Groß Hauslaub. In muris antiquis & tectis domorum rusticarum crescit.

E 3

SE-

SE.

SENECIO *Herba recens.*

Senecio vulgaris L. Kreuzkraut, Vogelskraut. Fere vbique crescit, ante deflorescentiam colligenda.

SENEGAE *Radix.* Seneca.

Polygala Senega L. Virginische Klapperschlangewurzel. Radix ex America meridionali adfertur, sed vires ejus plenarie suppleant Bardana & Saponaria.

SENNAE *Folia cum, vel sine folliculis.* Senneblätter.

Cassia Senna L. Orientalis, fruticosa. In Syria, Aegypto & Græcia sativa est, rarius in Sicilia & Maltha; tenera in hortis herba est.

SERPENTARIAE VIRGINIANAE *Radix.*

Aristolochia Serpentaria L. Virginianische Schlangen- oder Natterwurzel. E prouincijs America septentrionalis radix exilis fibrosa aromatico-camphorata adportatur, sed saepe alijs mixtis defraudatur.

SERPYLLI *Herba cum Floribus.*

Thymus Serpyllum L. Feldkümmel, Quendel. In locis aridis & pinguibus vulgarissima. Julio & Augusto floret.

SEVUM BOVINUM, CERUINUM, HIRCINUM. Hirsch- und Bockstalg.

Recentia, non rancida sint.

SI.

SIDERITIS *Herba florens.*

Sideritis hirsuta L. Weissenzieg, Beruskraut, Gliedkraut. Crescit in pratis aridioribus ad margines, in collibus & locis elatioribus incultis, floret Julio & Augusto.

SIGILLI SALOMONIS seu POLYGONATI *Radix.*

Conuallaria Polygonatum L. Weißwurzel. Ad sepes & in syluis crescit. Binæ species uniflora & multiflora radicem largiuntur officinis. Radix repens horizontalis, alba, geniculata & carnosa, vere & autumno effodienda.

SILIQUA DULCIS. Johannisbrod.

Siliqua *Ceratonix Siliqua* L. Arboris Europæ meridionalis.

SIMARUBAE *Cortex.*

Quassia dioica L. Amerikanischer Gummibaum. Americana, arborea. Ex Insulis Charibæis, Jamaica, Curacao &c. venit.

SINAPIS *Semen album & rufum.*

Sinapis alba & nigra L. Weißer und schwarzer Senf. Prior in hortis colitur, nigra, quæ arvensis, inter vitia agrorum numeratur.

SODA. Sodasalz.

Alcali fixum minerale Salis marini. Ex incineratione plantarum varii generis maritimarum. *Soda hispanica*, (*Barrillas*) e *Mesembryanthemo sativo nodifloro* L.

SO-

SO.

SOLANI SCANDENTIS seu
DULCAMARAE *Stipites &*
Cortex radice caulisque cras-
sioris.

Solanum Dulcamara L. Bittersüß, W-
franken, Je länger, je lieber. Cres-
cit ad fossas & sepes.

SOLANI NIGRI *planta tota*
florida.

Solanum nigrum L. Nachtschatten, Sau-
kraut. In locis cultis crescit.

SONCHI LAEUIS *Herba recens.*

Sonchus oleraceus L. Hasenkohl, Gän-
sedistel. Planta annua ubique obuia
in cultis & satis, æstate & autumnno
florens, quo tempore colligenda pro
succo expresso.

SORBI AUCUPARIAE *Baccæ,*
Fungus.

Sorbus aucuparia L. Ebereschen, Quitsch-
beeren. Passim spontanea crescit in
subhumidis Alnetis & umbrosis. *Fun-*
gus est Boletus sessilis inexplicatus,
etiam in aliis arboribus, tuberosus, co-
loris albi aut cani.

SPERMA CETI *Ballrath.*

Materia ex cerebro *Phyfeteris Macroce-*
phali L. (Wallfisch) excocta, & ope
lixiviï alcalini &c. depurata.

SPIGELIÆ *Planta tota.*

Spigelia anthelmia. Americanisches Wurm-
kraut. Ex America meridionali adfertur.

SP.

SPINA CERUINA vid. Rha-
mnus catharticus.

SPINACHIAE *Herba recens.*

Spinachia oleracea L. Spinat. Hor-
tensis, culta.

SPIRITUS FRUMENTI. Korn-
brandwein.

SPIRITUS VINI GALLICUS,
Franzbrandwein.

SPONGIA, Schwamm, Bade-
schwamm.

Spongia officinalis L. Ex Oceano.

SQUILLAE, SCILLAE *Radix*
seu Bulbus.

Scilla maritima L. Meerzwiebel. Exo-
tica, australis, maritima, perennis.
Cineribus assata, ficca ex Hispania,
Galliaque meridionali ad nos defertur.

STANNUM, JUPITER. Zinn.
Anglicanum purissimum seligendum.

STAPHISAGRIÆ *Semen.* Läu-
sesamen, Steffenskörner.

Delphinium Staphisagria L. Italica.

STIBIUM vid. Antimonium.

STOECHADOS ARABICAE
Flores.

Lauandula Stæchas L. Exotica planta,
e Gallia maritima meridionali adfer-
tur. Sed facile sub itinere mucosæ
fiunt flores.

STOE-

ST.

STOECHADOS CITRINAE

Flores.

Gnaphalium Stoechas vel *arenarium* L. Gelbe Winterblumen, Flußblumen, Weinblumen. Crescunt in locis aridis, arenosis collibus & tota æstate florent.

STRAMMONII *Herba, Semina.*

Datura Stramonium L. Tollkraut, Stechapfel. In ruderatis locis, circa pagos & in ipsis hortis quotannis e femine deciduo luxuriat.

STYRAX CALAMITA. Stora-

ray, Rother Stora-

Refina *Styracis officinalis* L. Arboris Orientalis. Tres dantur *Styracis* species

- 1) *Styrax* in *cannulis* s. in *lacrymis*, quæ vero rarissime reperitur in officinis.
- 2) *Styrax* in *Massulis* s. *rubra*.
- 3) *Styrax vulgaris* officinarum, leuior, impura, scobibus mixta.

STYRAX LIQUIDA. Flüssiger

Stora-

Debet esse Succus resinofus Arboris America septentrionalis *Liquidambar Styracifluæ* L.; sed quæ hodie ad nos venit, massa est impura, sæpe cum *Therebinthina* mixta.

SU.

SUCCISÆ seu MORSUS DIA-

BOLI *Radix, Herba.*

Scabiosa Succisa L. Teufels Abbiß. In pratis siccis & humidis crescit, æstate & autumno floret. Folia Majo & Junio, Radix Aprili & Octobri, colliguntur, viribus *Scabiosa*.

SUCCINUM seu ELECTRUM.

Agstein, Bernstein.

Succinum electricum L. In Borussia & Pomerania, vel ad littora maris Baltici ejectum reperitur, vel e terra effoditur.

SULPHUR *caballinum, citrinum,*

natiuum & factitium. Grauer oder Rößschwefel, Gelber, Gegrabener und Krahmschwefel.

SYMPHYTI *Radix* vid. *Consoli-*

da major.

T.

TABACUM vid. *Nicotiana.*

TACAMAHACA vid. Gummi

*Tacamahacæ.*TAMARINDI *Fructus* s. *Siliqua**(Pulpa).*

Tamarindus Indica L. Tamarinden. Arbor India Orientalis.

TA-

STOE-

T A.

- TAMARISCI** *Cortex.*
Tamarix Germanica. Tamariftenstrauch.
 Frutex in Austria, Bauaria, Sveuia ad
 ripas fluuiorum.
- TANACETI** *Folia, Flores & Semina.*
Tanacetum vulgare L. Gelber Rheins-
 faren, Krautkraut, Wurmkraut. In
 agris optimæ notæ eorumque versuris
 syluisque cum Filice & Rubo reptatu
 radicum magna spatia occupat.
- TARAXACI** *Radix, Herba recens.*
Leontodon Taraxacum L. Pflaffenröhr-
 lein, Löwenzahn, Butterblume. Fre-
 quentissima. Radices Aprili & Octo-
 bri, Folia Majo & Junio colligenda.
- TARTARUS CRUDUS** *albus & ru-
 ber.* Weißer und rother Weinstein.
 Est productum fermentationis vinosæ,
 continens sal essentielle acidum vini,
 cum oleosis & terrestribus particulis
 permixtum, plus minus impurum.
- TERRA JAPONICA,** vid. Catechu.
- THEA** *fusca & viridis.* Theebon,
 Grüner Thee.
Thea Bohea & T. viridis L. Indica,
 Chineses. Sunt folia ab arbore in
 varia ætate, cum stipulis & rudimen-
 tis decerpta & varie exsiccata.
- THEREBINTHINA COMMUNIS,**
 Gemeiner Terpenthin.
 Resina *Pini sylvestris* L. vid. Pinus.
- THEREBINTHINA DE CYPRO**
 seu CHIO, Cyprischer Terpenthin.
Pistacia Therebinthus L. Exotica.

T H.

- THEREBINTHINA VENETA ET
 ARGENTORATENSIS.** Bene-
 discher und Straßburger Terpenthin.
Pinus Larix L.
- THUS** vid. Olibanum.
- THYMI** *Herba cum floribus.* Thy-
 mian.
Thymus vulgaris L. Pflanz satina, per-
 enniss, duplex, Junio sapius & autum-
 no florens.
- THYMELÆA** vid. Mezeræum.
- TILIÆ** *Flores, Folia, Cortex.* Lin-
 denblüthe.
Tilia Europæa L. Arbor vulgaris noti-
 tia, inter nostrates florentes fere vlti-
 ma. Et *Carbones* Tiliæ adhibentur.
- TORMENTILLÆ** *Radix, Herba.*
Tormentilla erecta L. Rührwurzel, Blut-
 wurzel, Tormentillwurzel. In erice-
 tis, siccioribus & collibus apud nos
 frequens.
- TRAGACANTHA,** vid. Gummi
 Tragacanthæ.
- TRAGOPOGON** *Radix.*
Tragopogon officinale L. Haberwurzel.
 In hortis colitur.
- TRIFOLII FIBRINI** vel AQUA-
 TICI *Herba & petioli.*
Menyanthes trifoliata L. Bitterklee,
 Dieberklee, Klappe. In pratis hu-
 midis, paludosis luxuriat omnium
 maxime, & maximam sæpius senu
 partem in paludosis constituit.

F

TRI-

TR.

● TRITICI *Semina*. Weizen.

Triticum hybernum & æstivum L. Cerealis, sativa.

TUNICAE *Flores*. Gartennelken.

Dianthus Caryophyllus L. Hortensis, varietas flore simplici & pleno. Petala sola atro rubentia odoratissima.

TUNICAE SYLVESTRIS *Flores*.

Dianthus Carthusianorum L. Wilde Nelken, Cartheuser-Nelken. Spontanea, arvensis.

TUSSILAGINIS *Folia & Flores*.

Tussilago Farfara L. Huslattich, Brandlattich. Copiosissima in agris & montibus argillosis, calcareis, campis humidiusculis limosis, ad oras fluviiorum & flumentorum Comitatus Hohensteiniensis & in viciniis subalpinis, ibi quam maxime luxuriat, ut Petasites.

TUTIA. Tutie.

Tutia grysea WALL. Est sublimatum Zinci ex Aurichalci fusione.

V. U.

VALERIANAE MAJORIS s. HORTENSIS *Radix*.

Valeriana Phu L. Großer Garten-Baldrian. Incola calidioris Europæ regionum, perennis; in hortis hinc inde colitur.

VALERIANAE MINORIS seu SYLVESTRIS *Radix*.

Valeriana officinalis L. Wilder Bald-

VA.

drian. Planta perennis, in montibus, collibus saxosis, præruptis sylvisque ficiioribus crescens optima; quæ vero in pratis humidis aut circa paludes & ad fossas crescit, vilior est.

Floret ambæ sub veris exitum, & minor tota æstate. Radix utriusque bivul triennis primo vere, & vel ante foliorum explicationem, vel sub ipsa, effodienda, umbra ficcata, integra (non pulverifata) in vitris obturatis asservanda.

VANILLA *offic.* Vanille. Banille.

Est fructus pulpa nigra repletus, folliculo longo angusto siliquoso similis, odoratissimus, aromatico-balsamicus, plantæ scandentis parasiticæ *Epidendron Vanilla* L. Americanæ; Stanno munitus contra mucorem custoditur.

VERBASCI *Flores & Folia*.

Verbascum Thapsus L. Wollkraut, Rönigskerze. In sabulosis, arenosis collibus & agris frequens, biennis.

VERBENAE *Herba*.

Verbena officinalis L. Eisenhart, Eisenkraut. In ruderatis & neglectis locis passim, circa vias & pagos, floret æstate.

VERMES MAJALES. Maywürmer.

Melœ majalis L. Ex classe Coleopterorum (mit halben Flügeldecken). In agris, pratis & collibus soli meridiano expositis reperiundæ, & mense Majo tempestate calida, sicca, cœloque sereno colligendæ, ea cum cautela,

VE.

tela, vt forcipula, leniter absque pressione, ne mucilago perdatur, capta, statim ollæ vel vitro postea bene obturando immittantur. vid. Beskannmach. des specif. Mittels wider d. tollen Hundsbiß. Berlin 1777.

VERONICAE *Herba tota, cum, vel sine floribus.*

Veronica officinalis L. Ehrenpreis. In ericetis & pascuis arenosis, campestribus & feracioribus, Junio & Julio colligenda.

VICTORIALIS LONGAE *Radix.*

Allium Victorialis L. Allermanns Harnisch. Crescit in Silesiæ montosis altioribus copiose; rarioris vsus, tamen alliacea perennis bona radix bulbosa. Floret Julio.

VINCAE PERUINCAE *Herba seu Folia.*

Vinca minor L. Immergrün, Wintergrün. Perennis, repens, indigena & locis quibusdam satis certa umbrosis, spongiosis atque humidiusculis sylvaticis, ad radices collium. Floret Martio & Aprili, colligenda tota æstate.

VINCETOXICI *Radix.*

Asclepias Vincetoxicum L. Schwalbenwurzel. In locis montosis, ericetis & circa colles sabulosas non rara. Floret æstate, radices primo vere & autumno colligendæ.

VI.

VINA DULCIA & AUSTERA.

Ordinarium, Gallicum album & rubrum, Rhenanum, Hispanicum. Landwein, weisser und rother Franzwein, Rheinwein, Spanischer (süßer) Wein.

VIOLARUM *Flores recentes, Folia, Radix & Semina.*

Viola odorata L. Märziöle. Spontanea & hortensis. Martio & Aprili floret, radix primo vere, folia æstate cum seminibus colligenda.

VIRGAE AUREAE *Herba.*

Solidago virga aurea L. Heiden- oder heidnisch Wund- Kraut. Florida Augusto & Septembri in ericetis, macrofolo, collibus & sabulosis abundat. Non cum *Senecione Saracenicæ* confundenda.

VIRIDE AERIS vid. Aerugo.

VISCI *Lignum & Folia e ramis junioribus* Januario & Februario deprompta.

Viscum album L. Mistel. Planta parasytica ad varias arbores crescens, vsualis, quæ ad Quercum, Pinum & Betulam.

VITIS IDEAE *Baccæ.*

Vaccinium Vitis Idæa L. Preiselbeeren. Copiose crescunt in ericetis et sterilibus.

VI.

VITRIOLUM ALBUM, Weißer,
oder Zinck-Bitriol.

Vitriolum Zinci WALL. Ex officinis
Goslariensibus. Depuratur 4 — 5
vicibus; dein prima Crystallifatio su-
matur.

VITRIOLUM COERULEUM seu
DE CYPRO. Blauer, Kupfer-
Bitriol.

Vitriolum Cupri W. Facitium depura-
tissimum e laminais Cupri. Prima cry-
stallifatio.

VITRIOLUM VIRIDE seu MAR-
TIS. Grüner, Eisen-Bitriol.

Vitriolum Martis W. Aliquoties solu-
tum ex crystallifatione prima eligen-
dum.

ULMARIAE Flores, Radix & Herba.

Spiraea Ulmaria L. Geißbart, Johannis-
wedel. Ad fossas & margines palu-
strium; floret Junio & Julio.

ULMI Folia & Cortex ramorum
(Liber).

Ulmus campestris L. Ulmbaum, Müs-
stern. Spontanea & sativa, in syl-
uis & pagis. Floret Martio & Aprili.

URTICAE Herba tota florens.

Urtica vrens & dioica L. Breunnessel.
In locis neglectis ad sepes, & um-
brosis pinguioribus sylvarum, cum
Urtica minore, Heidennessel, in agris,
hortis & cultis reperiunda.

UU.

UVAE URSI Folia.

Arbutus Uva Ursi L. Bärentraube.
In Marchia electorali & noua, in syl-
uis trans Viadrinis & inprimis ad Ca-
nalem publicum Sprevano - Viadri-
num (Friedrich - Wilhelms Graben
vulgo) copiose crescit, vt & in Po-
merania & Borussia quibusdam locis.
Floret Majo & Junio.

W.

WINTERANUS CORTEX. Weiß-
ser Zimmet.

Winterania aromatica L. Americana,
arborea.

Z.

ZEDOARIAE Radix. Zittwertwurzel.

Kampferia rotunda L. Ex India Ori-
entali, vt longa, ejus varietas.

ZIBETHUM. Zibeth.

Substantia pinguis, unguinosa, fragran-
tissima ex folliculo peculiari in infimo
ventre *Vierra Zibethæ L.* animalis
Brasilienfis, Guineensis & India Ori-
entalis reperiundo, desumpta. Sed vix
hodie unquam vera & genuina datur,
rarioris quoque vsus, in Medicina vix
ullius.

ZINCUM Zinck. Goslariense Angli-
canum.

ZINGIBERIS Radix, Conditum.

Amomum Zingiber L. Ingwer. Asiatica.

PRÆ-

PRÆPARATA
ET
COMPOSITA.

F R A N Z O S I S T A
ET
C O M P O S I T A



AC.

ACETUM.

Nobilissimum hoc est Chymiz productum. Neque autem a vero aberrant, qui existimant, facile nos carere posse cæteris acetis compositis, tot laudibus a majoribus celebratis, si modo purissimum fuerit hoc.

Docet autem multiplex experientia, artifices aceto suo aciditatem conciliare additione olei vitrioli. Ergo non possumus, quin serio admoneamus Pharmacopæos, ne recipiant in officinis vllum vini acetum, quod non prius probauerint, an sit purissimum, absque dicto artificio paratum.

Soluitur nempe cretæ ea quantitas in aceto destillato, quam recipere in sinu potest acetum. Solutio hæc, quando instillatur aceto, crytalli selenitici sese in fundum præcipitant, si acetum oleo vitrioli sit mangonifatum. Si vero maneat clarum & perspicuum, iudicari potest sincerum.

AC.

ACETUM COLCHICUM.

R. Radicis colchici recentis succulentæ dissectæ, Vnciam vnâ,
Aceti vini, Libram vnâ.

Macera leni calore per biduum, & postea cola cum expressione.

ACETUM CONCENTRATUM.

Acetum vini rigida hyeme, in vase ligneo concresecat in glaciem, qua perfracta, acetum in medio contentum decantetur. Satis concentratum est, si eius drachma sufficit ad saturationem salis tartari scrupuli vnus.

Eodem modo concentratur *Succus Citri*, si ad tertiæ partis remanentiam gelu cogitur.

ACETUM DESTILLATUM, s.
SPIRITUS ACETI.

Aceti vini circiter quarta pars e cucurbita vitrea eliciatur destillatione per alembicum

AC.

bicum vitreum, balnei calore. Haec phlegma est. Mutato tunc recipiente protrahatur destillatio, quam diu clarus nec empyreumaticus Spiritus prodit, qui seruetur.

ACETUM PROPHYLACTICUM.

Jure neglectum a practico vidimus. Si autem quisquam aequum duxerit ad manus in pestilentia habere medicamentum, quod miasmatis vim infringere valeat; operae pretium nos facturos putamus, huius loco e Codice Medicamentario Paris: pag. 27. quod nomine: *Vinaigre des quatre Voleurs* venit, eam ob causam huic loco inferere, quoniam magnam in illo fiduciam posuerunt nonnulli, & ad experientiam prouocant pestis tempore remedii prae-buisse efficacissimum.

Descriptio sequitur

R. Summitatum recentium,
 absynthii maioris
 minoris
 roris marini
 saluiae
 menthae
 rutae, ana vnciam
 vnam & semis
 Florum lauandulae ficcatorum,
 vncias duas
 Allii, drachmas duas,
 Calami aromatici,
 Cinnamomi,
 Caryophyllorum,
 Nucis moschatae, ana drachmas
 duas
 Aceti optimi, libras octo.

AC.

Macera calore solis vel igne arenae in matratio rite obturato per duodecim dies. Cola. Exprime fortiter & filtra. Tum adde

Camphorae spiritu vini solutae,
 semi vnciam.

Nota. *Neque vero praecipimus, ut Pharmacopaei illud medicamentum omnitem-pore in promptu habeant; sed, ut sciant praeparare, si grassante morbo maligno optauerit vulgus hoc medicamentum.*

ACETUM ROSARUM.

R. Florum rosarum sereno caelo col-lectorum, & in umbra mediocri-ter ficcatorum, libram dimidiam,
 Aceti vini optimi, libras tres.

Infundantur, stentque in lagena bene obturata, per octo dies; Colatura seruetur ad vsum.

ACETUM RUBI IDAEI.

R. Baccarum Rubi Idaei, partem
 vnam,
 Aceti vini, partes duas,
 Infundantur in vitro commodo, & re-ponantur.

ACETUM RUTÆ.

Paretur ex summitatibus, vti Acetum rosarum. Sic quoque

ACETUM SAMBUCI FLORUM.

ACETUM LYTHARGYRII S.
SATURNINUM.

R. Lythargyrii subtilissime triti, li-
 bram vnam,
 Aceti vini fortissimi, libras duas

Stent

AC.

Stent in infusione per aliquot dies, sæpius interdiu agitando, post macerationem residere finito, & clarissimum seruetur pro vsu externo.

ACETUM SQUILLITICUM.

R. Scillæ laminarum inter externum corticem & medullam mediarum exacte purgatarum, & in taleolos sectarum, vnciam vnā;

Soli aut remisso calori exponantur, donec marcescant, minutim scissæ lagenæ indantur vitreæ, ac aceti vini optimi libra vna affundatur, in vitro rite obturato macerentur per octo dies ad sufficientem extractionem; postea transcoletur, & lagenis diligenter occlusis asseruetur.

ACIDUM TARTARI, vid.
CREMOR TARTARI.

AERIS FLORES.

Operosiores illam in Dispensatorio veteri compositionem iure omittimus, substituentes sequentem minori dispendio parandam.

Aerugo scilicet aceto destillato soluitur, digestionem committitur, per emporeticam filtratur, liquor filtratus, exhalatione progressâ, in crystallos cogitur, quæ, si non satis puræ & Saphiri instar pellucidæ, prima vice prodeunt, nouæ solutioni & crystallisationi vt antea committendæ.

AE.

AES VSTUM.

Veteres laminas æris, sulphuris & salis partibus æqualibus stratificatas, in vase operculo clauso, iuncturisque lutatis, relicto solum spiraculo, calcinabant igne sufficienti. Augustani alterutro eorum addito calcinationem instituunt, ac post calcinationem lauare & edulcorare iubent. *Zwelfferus* edulcorationi huic contradicit. Vtrobilibet autem modo paratum pro diuersitate intentionis & applicandi ratione, siue cum sale aut sulphure solo, siue cum utroque iunctim, siue edulcoratum fuerit, siue non, vsui erit.

Conficitur quoque modo vulgari, dum æris laminæ in furno reuerberii vel figulino tamdiu vruntur, donec conteri possunt, & in crocum quasi abeunt. Faciliore autem negotio idem labor absolvitur, si frustro cupri oblongo valde candescenti subito sulphuris frustulum admouetur, vbi extemplo cuprum in superficie liquefcet, ac in crocum quasi conuersum in vas aqua frigida repletum delabetur.

AETHIOPS ALCALISATUS.

R. Mercurii vivi rite depurati, drachmam vnā
Lapis cancerorum, drachmas duas.

Misceantur, adspargendo interdum aliquot aquæ guttulas, diurna trituratione, in qua, in aethiops paratione, omnino res sita est tota, in mortario lapideo, vsque ad perfectam vnionem, vt etiam microscopii ope globuli mercuriales non detegantur.

A E.

AETHIOPS ANTIMONIALIS.

R. Antimonii crudi subtilissime triti,
uncias duas,
Mercurii vivi purissimi, vnciam
vnam.

Misce. Terantur tam diu, donec omnis
mercurius penitus dispareat.

AETHIOPS MARTIALIS.

R. Limaturæ ferri purissimi, non ru-
biginosi, quantum placet;

In vase vitreo lato affundatur aquæ flu-
uifacilis ad supereminentiam sex digito-
rum. Limatura quotidie sub aqua agite-
tur spatula lignea, obseruando simul, vt
aquæ semper eadem quantitas superemineat.
Hoc per plures hebdomades continuato,
magna ferri pars in puluerem valde nigrum
fasciscit in aqua per aliquot minutâ suspen-
silem. Aqua illa turbida decantetur, vt
quieta demittat puluerem, qui ab aqua se-
paratus ficcari celeriter debet atque vasis
clausis seruari.

AETHIOPS MINERALIS.

R. Mercurii currentis probe aceto &
sale depurati, a sale rursus ab-
luti, ac optime exsiccati,
Florum sulphuris, partes æquales.

Misceantur in mortario vitreo, pistillo
perinde vitreo, aut ligneo exacte mûndo,
sedulo pistillum circumrotando, subigantur,
donec mercurius floribus mixtus plane di-
spareat, nec vsquam eius quicquam, aut
vestigium aliquod appareat; sed sollicite
subactus, & in puluerem tenuissimum susci-

A G.

coloris redactus, temporis tandem tractu
in nigerrimum vertatur.

AETHIOPS SACCHARATUS.

R. Sacchari albi, vncias duas,
Mercurii vivi, drachmas sex,
Misce. Terantur exactissime.

AGARICUS CHIRURGORUM.

Agaricus pedis equini facie, in caudici-
bus quercuum antiquiorum qui reperitur,
mense Augusto vel Septembri colligatur,
& superiori duriori ac inferiori fistulosa
substantia follicite cultri ope remotis, me-
dia tenerior pars exsiccata tamdiu malleo
perfundatur, donec agaricus pellis instar
rupicaprae inter digitos diduci queat; quæ
in maiores & minores laminas discindatur
& in vsum seruetur.

ALOE DEPURATA.

R. Aloës socotrinæ, quantum vis,
solue aqua fontana simplici (et-
iam absque coctione, vt quibus-
dam placet) solutam filtra, & in
balneo vaporoso exhalando ad
consistentiam pilularum inspissa.

ANTIMONIUM CRUDUM
PRÆPARATUM.

Antimonio crudo trito, & super lapi-
dem læuigato affundatur aqua, quæ dein,
ex repetita vasis ampli agitatione, polline
tenuissimo saturata effundatur, & quiescat,
vt subsideat puluis subtilis. Puluis crassus,
quem aqua sustinere nequit, iterum læuige-
tur, & eodem tractetur modo.

ANTI-

AN.

ANTIMONII CINNABARIS
ET BUTYRUM.

R. Antimonii crudi optime pulveri-
fati aut super marmore triti,
partes quinque,
Huic misce follicite terendo
Mercurii sublimati corrosiui
partes duodecim,

Inde retorta vitreae capaxis colli (si vis,
loricata), stet in cella, aut loco frigido &
uideo diem vnum & alterum, orificio re-
tortae aperto, tum applicato recipiente ca-
paci, iuncturis optime clausis, ex arena,
aut, quod melius, balneo sicco, igne sensim
graduato, evoca prius Butyrum, ac si in
collo, ob externum frigus nimium concre-
uerit, & obturationem colli minetur, ad-
mota caute pruna, liquefaciendo destilla-
tionem in vas recipiens promoue, sicque
iusto ignis gradu Butyrum omne elice, quod
postmodum vel digerendo, vel rectificando,
in liquorem seu oleum resolue, ac post-
quam Mercurium viuum resuscitatum, qui
partim in collo retortae suspensus, partim
cum butyro in recipientem relapsus, solli-
cite reparaueris, olei, seu butyri Antimonii
nomine serua.

Butyri proventu plane cessante, ignem
ad fortissimum gradum adauge, vt adscen-
dat *Cinnabaris antimonii*; quae vero,
refrigeratis omnibus, reiecto prius sul-
phure cum ipsa sublimato, illaque ad-
haerente, conterenda, aqua fontana abluen-
da, iterumque nouae sublimationi subiicien-
da est.

AN.

ANTIMONIUM DIAPHORETI-
CUM SIMPLEX.

R. Antimonii crudi optimae notae,
partem vnam,
Nitri purissimi subtilissime pulve-
rifati & bene ficcati, partes tres.

Conterendo misce exacte, & in cruci-
bulo capaci ignito detona successiue, vbi
omnis materia detonauerit, crucibulum rite
tege, ne quid carbonum illabatur, tum
aucto igne super impositis etiam crucibulo
prunis intenso, calcina per dimidium vnus
horae liqua, ac in fluxu, aliquantisper, &
quamdiu poteris, serua. Caue autem, ne
nitrum fluens crucibulum perforando jactu-
ram materiae, temporis, laboris & impen-
sarium pariat: Quamprimum igitur extra
crucibulum flammam solito lucidiorem in
ipsius ambitu animaduertes, aufer ab
igne crucibulum ocyus, &, vti supra dictum,
in mortarium ferreum mundum calefactum
effunde, ac vbi induruerit, mox pistillo
calido in puluerem reduc, edulcora ac ser-
ua. Sic unica operatione Antimonium
diaphoreticum satis efficax ac tutum nan-
cisceris.

Amant quidam & laudant minus edul-
coratum seu non ablutum praedulcorato,
ob insignes, quos experientia illorum com-
probat, effectus.

ANTIMONII REGULUS
MARTIALIS.

R. Chalybis frustulorum, calami scri-
ptorii crassitiem, ac dimidii digiti
longitudinem non excedentium,

A 3

aut

AN.

aut Limaturæ ferri non rubiginosi,
vncias quatuor.

Inde crucibulo valido satis capaci, ac igne intenso furni anemii, aut follibus aucto, vrge, vt candescant, quibus tum adde

• Antimonii crudi, grosse avellanarum ad instar comminuti, vncias nouem,

liquefiant vna, liquatis, vnciam vnam cum dimidia

Nitri purissimi ac siccissimi

iniice, ac vbi aquæ instar fluxerint, in conum effunde, bacillo ferreo identidem leniter percutiendum, quo in fundum secedat regulus, quem refrigeratum a scoriis separa, & in puluerem redacti singulis vnciis, singulas drachmas nitri puluerisati siccissimi atque purissimi misce & colliqua, idque separatis scoriis denuo repete, sic Regulum obtinebis Martialem, optime depuratum, & si encheiresi accurata processeris, prima fusione stellatum.

ANTIMONII REGULUS MEDICINALIS.

R. Antimonii crudi optimi, vncias quinque,

Salis tartari, vnciam vnam.

Trita in puluerem tenuem exacte misce, ac in crucibulo candenti detona; post detonationem auge ignem, vt fluant per horæ quadrantem, instar aquæ; exemptum postea igne crucibulum quiescat & refrigerare

AN.

tur, sic scoriz in superficie, regulus piceæ coloris splendens, fracto crucibulo, in fundo reperietur, quem, a fragmentis & scoriis separatum, & subtilissime supra Porphyritem tritum, atque puluerem coloris puniceæ iam referentem, vase optime clauso, in loco sicco serua.

ANTIMONII VITRUM.

Fit calcinando Antimonium crudum subtilissime puluerisatum, in sartagine plani fundi terrea non vitreata, pistillo vitreo vel ligneo continue agitando, tam diu, donec non amplius vapores sulphureos emitat, & in puluerem obscure cinereum convertatur, quod *Cinerem antimonii* vocant. Hunc in crucibulum immittas bene testum, & tam diu in fortiori igne detineas, vsque dum materia leuiter fluat, tuncque pauillum antimonii crudi puluerisati addas, quo vitrum elegantiore rubrum colorem nanciscatur, tuncque super tabulam æneam prius calefactam effundas. In fusione bene attendendum, ne carbonum quid in crucibulum illabatur, ob timendam tunc reductionem.

ANTIMONII VITRUM CERATUM.

Ceræ flauæ drachmæ vni liquefactæ in vase ferreo iniiciatur antimonii vitri, subtilissime triti, vncia vna. Detineatur super lenem ignem, ad dimidiam horam, spatula continuo agitando. Effundatur post in chartam, & frige factum in puluerem conteratur.

AQUAE

AQ.

AQUAE DESTILLATAE
SIMPLICES.

Parantur aquæ officinales, aliæ per destillationem, aliæ secus. Magnus est in officinis numerus aquarum stillatitiarum, sed magnam partem superuacuearum, quibus interdum aqua fontana bonæ notæ præfaret; multas itaque plane inertes omisimus, plures tamen retinere debuimus, non bene reiiciendas, quas vel necessitas, vel vulgi opinio & recepta consuetudo postulabant. Ratio destillationis iure Pharmacopoeorum dexterritati relinquitur. Sufficit tantum schema vnum alterumve adducere, secundum quod reliquæ, mutatis tamen mutandis, parandæ sunt; licet etenim non negandum sit, aliquid discriminis habere pro diuersa vegetabilium, harumque partium indole, quatenus nempe herbæ quædam magis vel minus succulentæ, aliæ succo valde acri turgent, aliæ vero aromaticæ & odoriferæ sunt, ideoque plus vel minus aquæ effundendæ requirunt, vel maceratione opus habent, vel plane non macerandæ sunt, quod in florum destillatione notandum, quibus volatile principium inest, quod maceratione maximam partem auolaret. Genere notandum, quo parcior aqua additur speciebus, eo liquor stillatitius efficacior, cæteris paribus, & vice versa. Quoad vasa cuprea destillatoria, valde interest, illa stanno probe obducta adhibere, ne alias liquidum destillans noxam inde trahat. Porro aquæ destillatæ simplices sine vino paratæ, vix in annum integræ manent, & hanc ob causam quotannis semel aut bis renovandæ.

AQUA ACACIAE FLORUM.

R. Florum acaciæ, quantum placet,

AQ.

Affuso aquæ fontanæ pondere triplo vel quadruplo, destilletur modico igne liquoris circiter dimidia pars, vel quovsque eius sapida qualitas & fragrantia suadebit.

Simili modo destillantur mutatis mutandis

AQUA CARDUI BENEDICTI .

CERASORUM NIGRORUM

CINNAMOMI SINE VINO

CITRI E CORTICIBUS RECEN-
TIBUS

COCHLEARIAE

FOENICULI

HYSSOPI

LAUANDULAE

LILIORUM ALBORUM

MAIORANAE

MELISSAE SINE VINO

MENTHÆ PIPERITIDIS, SINE VINO

NAPHAË SEU FLORUM AURAN-
TIORUM

PETROSELINI

POEONIAE FLORUM

PULEGII

ROSARUM CUM ET SINE SALE

RUTAE

SALVIAE

SAMBUCI FLORUM

TILIAE FLORUM

VERBENAE

VERONICAE

AQUAE DESTILLATAE SIM-
PLICES CUM VINO.

AQUA

AQ.

AQUA CINNAMOMI CUM VINO.

R. Cinnamomi electi, libram vnam,
Vini nostratis optimi, libras se-
decim.

Mixta infunde, macera per biduum, tunc
destilla vt antea.

AQUA CORTICUM AURAN-
TIORUM CUM VINO.

R. Corticum Aurantium recen-
tium, libram vnam,
incisis affunde

Vini nostratis optimæ notæ, vel
Gallici, libras octo.

Infusa destillentur ad dimidiam.

Similem in modum parari possunt

AQUA CITRI CORTICUM CUM VINO
LILIORUM CONUALLIUM
MELISSAE CUM VINO
MENTHAE CUM VINO
VERONICAE CUM VINO
ZEDOARIAE CUM VINO

AQUAE COMPOSITAE.

Circa aquas compositas in antecessum
notandum, vt ad illas, quæ Spiritum vini
requirunt, purum, riteque dephlegmatum,
minime vero ab Essentiis, Extractis, Tin-
cturis ac Solutionibus aliis abstractitium,
qualitatibus specierum quibus adhibiti, pe-
grinis forte inquinatum, adhibeant Phar-
macopœi, ne aquis hac ratione qualitatem
alienam, adeoque effectui illarum deside-
rato noxiam aliquam imprimant, & medi-
cantis intentionem eatenus turbent aut in-
tervertant.

AQ.

AQUA ANTHELMINTICA.

R. Radicis graminis canini, vnciam
dimidiam

Flauedinis corticum aurantium,
drachmam dimidiam

Canellæ albæ, scrupulum dimi-
dium

Coque in

Aquæ fontanæ, libris octo, donec reman-
serit quarta pars: Cola & adde

Mercurii viui, vncias duas

iterum coque lenius in vase ferreo, tecto,
agitando sepius Mercurium bacillo ligneo,
& denique decantetur aqua.

AQUA APOPLECTICA
LANGII.

R. Radicum aristolochiæ rotundæ,

Calami aromatici,

Iridis florentinæ, ana vnciam
vnam semis,

Herbarum Melissæ,

Maioranæ,

Florum Rorismarini,

Liliorum conuallium, ana
manipulum vnum,

Seminis Fœniculi,

Pœoniæ, ana drachmam
vnam

Ligni Rhodii, drachmas duas

Corticis Thymiamatis, vnciam
semis,

Caryophyllorum,

Cubebarum,

Nucistæ, ana drachmas tres,

Cardamomi,

Cinna-

AQ.

Cinnamomi, ana drachmas duas,
Contusa infundantur in

Aquae Pulegii,
Florum Tiliæ,
Herbæ Melissæ,
Saluiæ, ana libravna.

Stent infusa octiduum, tum leni arenæ
calore vasis vitreis destillentur.

AQUA CALCIS VIUÆ.

R. Calcis viuæ nuper calcinatæ li-
bram semis,

huic sensim affunde

Aquæ purissimæ, libras octo,

Ebullitione peracta vas agitur, dein
subfidat calx, & aqua per chartam colata
in lagenis rite obturatis seruetur.

AQUA CEPHALICA CAROLI V.
IMPERATORIS.

R. Summitatum Maioranæ,
Melissæ,
Origani,

Florum Anthos,
Lavendulæ,
Liliorum conuallium,
Rosarum rubrarum,
Saluiæ, ana manipulos
quatuor,

Caryophyllorum,
Nucis Moschatae, ana uncias duas,
Cardamomi,
Cinnamomi,

AQ.

Cubeborum,
Granorum Paradisi,
Macis, ana unciam semis,

Scissa & contusa grosso modo infunde in
Spiritus vini optimi, libris sex;

Stent per dies sex in loco calido, & postea
lege artis destillentur.

AQUA CINNAMOMI CY-
DONIATA.

R. Cinnamomi acuti, uncias quatuor,
Succi Cydoniorum, mensuras
duas semis;

destillentur lege artis e maris balneo.

AQUA COERULEA.

R. Aquæ calcis viuæ, libram semis,
fontanæ destillatæ, libras
quatuor

Agitentur, & post horas duodecim filtren-
tur, aquæ filtratæ adde

Salis ammoniaci, drachmas duas,
Limaturæ Cupri, drachmam vnam;

Post duodecim horas filtretur, atque vsui
seruetur.

AQUAE DIAPNOICAE.

R. Aquæ foliorum recentium,
Scabiosæ,
Scordii,
Cardui benedicti,
Plantaginis, ana

Misce.

B

AQUA

AQ.

AQUA EMBRYONUM, seu
BALSAMUS EMBRYONUM.

R. Visci querni,
Radicum Pœoniæ,
Seminis eiusdem, ana, vncias duas,
Herbæ Carui,
Fœniculi,
Melissæ,
Menthæ crispæ,
Rorismarini,
Saluiæ cum floribus,
Florum Lauendulæ, ana vncias
tres,
Tiliæ,
Tunicæ, ana libram vnam,
Caryophyllorum,
Cinnamomi acuti,
Cubebæ,
Granorum Paradisi,
Nucis Moschatae,
Zedoariæ,
Zingiberis, ana vncias duas,
Macis, vnciam vnam semis,
Galangæ, drachmas sex,
Crocis, drachmas duas,
Medullæ panis triticeæ a furno ad-
huc calentis, libras duas,
Scissa & contusa infundantur vini no-
stratis optimi libris decem,
Aquæ Borruginis,
Buglossæ, ana libris tribus,
Liliorum conuallium, libris
duabus,
Fœniculi,

AQ.

Aquæ Fragorum,
Rosarum,
Verbenæ, ana libræ vni.

Stent in digestionem biduum, postea de-
stillentur igne moderato balnei. Lique-
ris affusi duæ circiter tertie, residuo denuo
aquare prædictarum sufficiens affundatur
quantitas, & igne paulo auctiori ad siccita-
tem fere auocetur, pro Aqua embryo-
num secundæ distillationis, in solamen pau-
perum seruanda.

AQUA FORTIS.

R. Vitrioli sponte in pulverem fa-
tiscentis, aut coquendo siccati,
Nitri purissimi, ana libras duas.

Trita misceantur & distillentur per re-
tortam terream optime loricatam, lege
artis, igne aperto gradatim adhibito, in
recipientem valde capacem, iuncturis bene
lutatis, cui aquæ fontanæ tertia circiter,
respectu ponderis Vitrioli nondum calcinati,
pars, antea sit infusa.

AQUA HUNGARICA, siue RE-
GINÆ HUNGARIÆ.

R. Herbæ & florum rorismarini re-
centium, libram vnam,
Melissæ recentis, vncias qua-
tuor,
Florum Lauendulæ recentium li-
bram semis,
Spiritus vini rectificati, mensuras
duas,

Eliciatu leni distillatione mensura &
dimidia.

AQUA

AQ.

AQUA MASTICHINA.

R. Mastiches, vncias quatuor,
Nucum moschatarum, vnciam
vnam,

Contufis & per triduum in Spiritus vini
reſtificati libra vna maceratis, aquæ fontanæ
libra quatuor addantur. Deſtilla ex veſica le-
ni igne, donec reſiduum ſit librarum duarum.
Liquor lacteus prodiens ſeruetur ad uſum.

AQUA OPHTHALMICA.

R. Aquæ florum roſarum,
ſambuci, ana vncias
tres,

Sclopetariæ, vncias duas,
Sacchari Saturni,
Vitrioli albi, ana grana octo.

Miſce.

AQUA OPHTHALMICA
ALIA.

R. Aluminis romani puluerifati, ſcru-
pulos duos,
Albuminis oui, No. i.

bene mixtis ſenſim addendo

Aquæ Roſarum, vncias octo,

Miſce.

AQUA PHAGAEDAENICA.

R. Mercurii ſublimatei corroſiui, ſcru-
pulos duos,

Aquæ calcis viuæ cum florum ſam-
buci & roſarum anatica parte
præparatæ, Menſuram vnam;

Miſce, ſolue.

AQ.

AQUA PICEA, vulgo

Theer-Waſſer.

R. Picis liquidæ, libras duas,
Aquæ fluuiatilis, menſuras duas,

In vaſe ligneo agita bacillo ligneo, dein
per duodecim horas ſubſidat pix, & aqua
decantetur.

AQUA REGIS ſeu REGIA.

R. Salis marini decrepitati, vnciam
vnam,

Aquæ fortis communis, vncias
quatuor.

Miſce & ex retorta vitrea in arena ad
ſiccitatem uſque deſtilla,

vel

R. Aquæ fortis communis, vncias
quatuor,

Salis ammoniaci, vnciam vnam.

Miſce ſimul, donec omne ſal ammonia-
cum diſſolutum ſit; ſeruetur in vitro artiſ-
ſime claſo.

AQUA RAPHANI COM-
POSITA.

R. Herbae cochleariae recentis,
Radiciſ Raphani ruſſicani recentis,
Corticum aurantium recentium

ana libram vnam,

Nucum moschatarum, vncias duas,
Spiritus vini, libras duas,
Aquæ communis, libras ſex.

Euoca per deſtillationem libras quinque
vel ſex.

B 2

AQUA

AQ.

AQUA STYPTICA EXTERNA.

R. Aluminis,
Vitrioli cœrulei, ana uncias tres,
Aquae fontanae, libras duas.

Coque tam diu, donec omnia sint soluta, Colaturam filtra, & tunc adde

Olei vitrioli albi, drachmas duas,

Misce, serua.

AQUA THERIACALIS.

R. Theriacae veteris, uncias tres,
Spiritus vini communis, libras tres,

Destillentur maris balneo ad tertias; Residuum colatum inspissetur pro Extracto theriacali.

AQUA VEGETO MINERALIS.

R. Aquae destillatae communis libras duas,

Spiritus vini, unciam unam,
Aceti saturnini concentrati, seu Extracti Saturni, unciam semis,

Mixta in vitro serua.

AQUA VITAE STOMACHICA EXTERNA.

R. Radicum calami aromatici,
Galangae,
Zedoariae,

Zinziberis, ana drachmam unam,

Foliorum Menthae,

Seminis Carui,
Cumini,

AQ.

Seminis Fœniculi, ana drachmam semis,

Cardamomi maioris,
Caryophyllorum, ana scrupulum unum,

Theriacae Andromachi, drachmas duas.

Infundantur subtilissime contusa in Spiritu vini rectificati, libris duabus, stent in digestione oëdium, tandem per linteum cum expressione aliquali colata, seruentur vsui.

AQUA VULNERARIA, seu SCLOPETARIA, Gallis dicta:

L'EAU D'ARQUEBUSADE.
R. Herbarum suo quaeque tempore collectarum,

Aristolochiae rotundae,
Artemisiae,
Consolidae Saracenicae,
Salviae minoris, ana manipulos quatuor,

Agrimoniae,
Alchimillae,
Bellidis maioris,
minoris,

Betonicae,
Buglossi,
Fœniculi,
Hyperici,
Plantaginis maioris,
minoris,

Saniculae,
Scrophulariae,
Verbenae, ana manipulos duos.

Affun-

AQ.

Affundantur vini albi generosi, mensura decem, stent infusa aliquamdiu vase optime clauso, tum artis lege, vasis vitreis e maris balneo destillentur.

AQUA VULNERARIA ALIA
THEDI.

R. Aquae communis,
Aceti vini, ana vncias viginti
quatuor,
Spiritus vini, vncias quadraginta
octo,
vitrioli, vncias decem,
Sacchari albi, vncias sedecim.

Misce, digere per octo dies in balneo maris, filtra.

ARCANUM DUPLICATUM.

Ex capite mortuo aquae fortis, e vitrioli & nitri partibus aequalibus parata, conficitur. Affunditur illi copiosa aqua, donec omnis falsedo inde extracta sit. Solutiones confundantur & quiescant, vt terra metallica soluta subsideat. Tunc liquor in aliud vas decantatione transfusus euaporetur ad cuticulam, cui adhuc tepido sensim adfundatur solutio cinerum clauellatarum aqua parata, donec cessauerit efferuescentia. Ad dita tunc aquae calidae quarta vel quinta parte, liquor iterum refrigerationi & subsidentiae committatur, filtretur, euaporetur, & ad crystallisationem in loco frigido reponatur. Crystallis supernatans liquor decantetur, iterumque euaporatus, perfecta relinquatur crystallisationi. Collectae crystalli, super inversum cribrum stratim posita, leniter exsiccantur,

AR.

ARCANUM TARTARI, seu TER-
RA FOLIATA TARTARI.

R. Salis tartari albissimi, libram vnam,
Aceti vini sine Empyreumate de-
stillati fortissimi, quantum suf-
ficit soluendo Sali tartari.

Abstrahere acetum destillatum, cucurbita fictili, vel retorta vitrea, quod acetum recuperatum omni aciditate destitutum erit. Affunde residuo in retorta sali denuo recens acetum destillatum, ac rursus reuoca, idque toties itera, donec acetum recuperatum aciditate sua nullatenus spoliatum, sed tale, quale fuit affusum stillet. Tunc ab affusione acetii cessa; remanebit in fundo retortae materia nigra, quam spiritu vini solue, ac per emporeticam filtratam vasis terreis leni calore arenae sicca, siccatam spiritu vini solue, & denuo exsicca, idque toties repete, donec materia appareat alba & foliata, quae arcani nomine aere humido in liquorem solubilis, venit.

AURUM FULMINANS.

R. Auri per antimonium debite repurgati, quantum vis, solue illud in Aquae Regiae, ex aqua forti cum sale ammoniaco factae, quantum sufficit. Solutum in vitro capaci, Spiritus Salis ammoniaci cum alcali aquosi, quantum opus, sensim & guttatim instillando praecipita, calamo subinde mouendo, ac rursus instillando, donec aurum sub forma pulueris praecipitatum, in fundo subsideat. Stet tantisper, donec liquor omnis clarescat, tum adhuc aliquot guttas Spiritus salis ammoniaci instilla, vt de praecipitatione plena certior sis. Liquorem tandem decanta, ac praecipitatum in

B 3

fundo

B.A.

fundo residuum, affusa saepius aqua fluuiali aut pluuiali limpida calefacta elue, & ab omni acredine libera; tandem puluerem residuum charta emporetica exceptum ac humore superfluo exutum, calore aëris tepido exsicca, vitando solis & ignis cuiuscunque calorem, ob fulminandi periculum. Siccatum tere, verum non simul aut magna copia, sed parum tantum eius singulis vicibus, leniter, ne nimis incalescat, super porphyrite, aut in mortario vitreo comminue.

BACILLI LIQUIRITIAE
CITRINI.

R. Radicis liquiritiae puluerisatæ vnciam vnam,
iridis florentinae,
Amyli, ana vnciam semis,
Croci orientalis, scrupulos duos,
Sacchari albi, libram vnam,

Cum mucilagine gummi tragacanthæ fiat massa, ex qua formentur Bacilli.

BACILLI DE LIQUIRITIA
ALBI.

R. Gummi arabici,
Specierum diaireos simplicium,
diatragacanthæ, ana
vnciam semis,
Radicis liquiritiae,
Amyli, ana vnciam vnam.

Terantur omnia in pollinem subtilissimum; cui adde

Sacchari albi puluerisati, libras
duas,

B.A.

Mucilaginis tragacanthæ, quantum sufficit.

Fiat massa pro bacillis.

BALSAMUS ARCAEI.

R. Therebinthinae venetae,
Gummi elemi,
Seui ceruini, ana vncias duas,
Olei hyperici, vnciam vnam.

Gummi elemi in Therebinthina lenissimo igne soluitur, quibus successiue adduntur seuum & Oleum hyperici in alio vase liquata, & fiat balsamus.

BALSAMUS COMMENDATO-
RIS GALLORUM.

R. Radicis angelicae ficcae concisae minutim, vnciam semis,
Florum hyperici siccorum, vnciam vnam,
Spiritus vini rectificati, libras duas,
& vncias quatuor.

Digere simul, sub sole vel balneo maris in vase clauso identidem agitando ad perfectam tincturam. In colatura expressa solue

Myrrhae electae,
Olibani, ana vnciam semis,

Digere vt supra. Tum

R. Styracis Calamitæ, vncias duas,
Benzoini amygdaloides, vncias
tres,

Balsami Tolutani, vnciam vnam,
Aloes succotrinae, vnciam semis,

adde, si vis

Ambrae cineritiae, grana sex.

Contrita

B.A.

Contrita coniiciuntur in Tincturam supra dictam. Infolentur adhuc per quadraginta dies. Fiat colatura.

BALSAMUS LOCATELLI.

R. Cerae flavae, libram vnam,
Gummi olibani, vnciam vnam.

Lento igne liquefiant in Olei oliuarum optimi, libra vna semis, dein adde

Balsami Copaiuae, vncias duas,
Sanguinis Draconis,
Terrae Catechu, ana vnciam semis.

Agitando misce.

BALSAMUS MACIS.

R. Olei destillati macis, drachmam
vnam,
macis expressi, drachmas tres

Misce pro balsamo.

BALSAMUS MASTICHINUS.

R. Mastichis puluerisati, vncias octo,
Spiritus vini rectificati, vncias triginta sex.

Destilla super alembico leni calore, vt detrahantur vncia viginti quatuor. In hoc spiritu lenissima digestionem solue

Pulueris subtilissimi mastichis electae, vncias quatuor.

Digere, filtra & sepone,

Nota. Spiritus super mastichem abstractus debet esse rectificatissimus, quia aliter spem fallere possit.

B.A.

BALSAMUS NUCIS MOSCHATAE.

R. Olei nucistae expressi, drachmas tres,
nucis moschatae destillati,
drachmam vnam.

Misce, fiat lege artis balsamus.

BALSAMUS OPHTHALMICUS RUBER.

R. Butyri infulsi recentis, vncias tres
Cerae albae, drachmas sex.

Liquefacta cera admisce butyrum; liquefcat simul & adde frequenti & attenta tritura

Mercurii praecipitati rubri, drachmas duas & grana quatuor.

Misceantur exactissime.

BALSAMUS OPHTHALMICUS COMPOSITUS.

R. Balsami ophthalmici rubri, vncias quatuor,
Camphorae, scrupulos duos,
Tutiae praeparatae, drachmam vnam,
Olei oliuarum recentissimi, drachmam semis,

Exacte terendo bene misceantur.

PRO BALSAMIS SULPHURIS EX TEMPORE PARANDIS CORPUS.

Fit ex florum sulphuris, parte vna & olei amygdalarum dulcium, partibus duabus.

In

B A.

In arena, igne moderato, vase mundo liquatis, donec in hepar quasi resoluta coëant. Ex qua hepatiformi massa per proportionatam additionem variorum oleorum varii parari possunt sulphuris balsami.

BALSAMUS SULPHURIS
AMYGDALATUS.

R. Florum sulphuris, vnciam vnam,
Olei amygdalarum dulcium, re-
center expressi, vncias sex.

Digerantur in arena, calore conuenienti, donec flores soluantur. Eodem modo parantur, *Balsamus sulphuris anisatus, iuniperatus, succinatus, therebinthinatus*, oleis cuique sui generis applicatis.

BALSAMUS VITAE EX-
TERNUS.

R. Saponis veneti ficcati triti,
Olei therebinthinae, ana libram
vnam,
Salis tartari, vncias duas,
Misce exacte.

BALSAMUS VITAE.

R. Olei stillatitii Lauendulae,
Maioranae,
Caryophyllorum,
Macis,
Cinnamomi,
de Cedro, ana scrupulum vnum,
Succini albi,
Rutae, ana guttas
decem,

B A.

Balsami peruviani, drachmam semis,
Spiritus rosarum rectificatissimi,
vncias decem.

Mixta committantur frigidæ digestionis & filtrentur per Gossypium.

Nota. Quibus cum *Ambra* placet, addere possunt

Ambrae gryseae, grana quindecim,
Moschi, grana decem.

BALSAMUS VULNERARIUS, vid.
ESSENTIA VULNERARIA.

BUTYRUM ANTIMONII.

vid. Antimonii butyrum.

BUTYRUM CACAO.

Fructus Cacao leniter torreatur, excorticati contundantur & exprimantur.

BUTYRUM MAIORANAE.

R. Foliorum Maioranae recentium,
vncias octo,
Butyri maiialis, libram vnam.

Coquantur lenissimo igne folia contusa, dein consumpta humiditate colentur & exprimantur. Refrigeratis paululum adde

Olei maioranae destillati, guttas
triginta.

Misce.

CALOMELAS.

Est Mercurius dulcis sexties vel octies sublimatus.

CAPUT

C.A.

CAPUT MORTUUM VITRIOLI.

Residuum est a desillatione spiritus e retorta exemptum. Quod aqua pluua aut fluuiali coquendo edulcoratum, i. e. a sale albo vomitiuo liberatum, ac exsiccatum, vocatur.

Terra vitrioli dulcis.

CASSIA EXTRACTA, seu PULPA CASSIAE.

Huius extrahendi modum, & beneficio cochlearis per setaceum, affuso aquae calidae pauxillo transadigendi, ac in pulpam cogendi, ne tyronibus quidem Pharmacopoeorum ignotum, hic docere, actum foret agere.

CERA ARBOREA.

R. Cerae citrinae, vncias quindecim,
Therebinthinae, vncias decem,
Pulueris Myrrhae,
Olibani,
Mastichis,
Consolidae maioris, ana
drachmas quinque,

Misce secundum artem.

CERA VIRIDIS.

R. Cerae citrinae, libram vnam,
Therebinthinae, vncias quatuor
semis,
Olei oliuarum,
Pulueris aeruginis, ana drachmas
quinque,

Misce.

C.E.

CERATUM DE CUMINO.

R. Emplastri Diapalmae, vncias duodecim,
Cerae flauae,
Olei Chamomillae,
Anethi, ana vncias tres,
Philosophorum, vnciam semis,
Pulueris Cumini subtilissimi, vncias sex,

Misce, fiat artis lege Ceratum.

CERATUM LABIALE.

R. Succu uuarum maturarum,
Butyri recentissimi infulsi, ana
vncias quatuor,

Liquefiant, & super ignem carbonum lenissimum tamdiu agitentur, vsque dum aquosum succi uuarum, exhaluerit, tum adde

Cerae albae, vnciam vnam,

Iterum liquefiant, & agitentur, vt fiat Ceratum.

Si cui placuerit, ceratum hocce colore rubro, flauo, aut alio tingendum, addat vel Carmini optimi, vel Radicis Alkannae, vel Curcumae, quantum placet.

CERATUM NUTRITUM,

vid. VNGUENTUM NUTRITUM.

C

CE-

.CE.

CERATUM SATURNI.

R. Cerae citrinae, vncias quatuor,
Olei oliuarum, libram vnam,
solue leni igne & adde

Aquæ fontanae, vncias duodecim,
Extracti Saturni, vnciam vnam,
Misce exactissime & fiat Ceratum.

CEREOLI EXPLORATORII.

R. Cerae citrinae, vncias sex,
Olei oliuarum, vnciam vnam.

Hæc leni igne, vitato empyreumate, liquefacta, ab igne remoueantur: tunc tenuioris lintei hollandici, vel etiam holoserici panniculos, decem pollicum longitudine & duorum latitudine, leviter in cylindros conuolutos, massæ adhuc feruidæ, spumanti & bullas in superficiem ferenti ita immerge, vt, si extraxeris, alterum latus tantum conuoluti huius lintei, liquore obductum tinctumue reperiatur; refrigeratis pannis, singula frustula in sex partes æquales secantur, quorum vnumquodque ad alteram extremitatem, pyramidatam habet figuram; super marmore tandem frustula polita & sapone delinita, primo digitis, & deim ope corporis cuiusdam duri, e. g. vitri, conuoluuntur, vt cylindrum referant, & superficiem habeant perfecte complanata.

Massa debitam & idoneam habeat spissitudinem, & iustam caloris gradum, quando lintea ei immittuntur; quo cereoli eo magis leues fiant & formæ exactæ.

.CE.

CEREOLI FALCKII.

R. Terebinthinae, drachmam vnam,
Gummi laccaæ optime puluerisati,
drachmam dimidiam,

Sufficienti ignis gradu liquentur & dein adde
Emplastri mercurialis, vncias duas,
Mercurii dulcis, drachmam semis
præcipitati rubri, scrupulos duos.

Misce omnia probe agitando, ne separentur & a se discedant, & fiant Cereoli.

CEREOLI MITIGANTES.

R. Cerae flauae, libras duas,

Leni igne liquatæ admisce

Extracti Saturni, vnciam vnam,

Misce continua agitatione, & ex hac ab igne remota massa fiant Cereoli.

CHALYBIS LIMATURA
PRÆPARATA.

Ferri purissimi limatura in mortareo ferreo purissimo cum pistillo ferreo contundatur, & diu terendo in puluerem subtilissimum redigatur ac bene cribretur. Seruetur in vase vitreo siccissimo bene obturato, ne accessu aëris humidi in crocum seu rubiginem vertatur.

CINNABARIS ANTIMONII,
vid. ANTIMONII CINNABARIS.

CIN-

C.I.

CINNABARIS FACTITIA.

R. Sulphuris purissime electi, partem
vnam,

Liquefiat in vase ferreo, sat capaci
leni igne, sensim adiiciendo

Mercurii viui purissimi, antea ca-
refacti, partes quinque.

Per assidue spatula ferrea, optime
mactulaculum ligneum adaptetur, ne
mactulaculum metur, quæ tandem calida ad-
huc mactulaculum redigatur, & ita sublima-
tionem submitatur.

CINNABARIS NATIUA
PRÆPARATA.

Cinnabaris natiuae purae, a re-
crementis mineralibus purgatae,
& aqua bene lotae, quantum vis.

Teratur subtilissime, & sublimetur igne
fortissimo, quæ operatio, si opus videatur,
reiterari potest.

COLCOTHAR, vid. supra
CAPUT MORTUUM VITRIOLI
CONDITA.

Hæc parandi ars Dulciariis & Condi-
toribus non ignota, Pharmacopæorum soler-
ter in rebus relinquenda. Schematis tamen
loci generis quasi delineandum duximus
condiendi modum,

I. Cortices Aurantium & Citri recen-
tium ab interiori albedine probe liberati,
diem vnum atque alterum, aqua pura quo-
tidie reiterata, macerentur, tum ad me-

C.O.

dioerem mollitiem aqua fontana coquantur,
cocti, ex aqua exempti, parumque ficcati,
saccharo (aqua illa, in qua cortices decocti,
ad dissolutionem sacchari, nisi ingrati ni-
mis sit amaroris, adhibita) soluto & ex
arte clarificato, ac ad debitam consisten-
tiam cocto, immerguntur, sicque condiun-
tur & conduntur.

II. Fructus Berberum, Ceraforum acido-
rum, Ribium, condiuntur: Saccharum cla-
rificatum ad consistentiam tabulati coquen-
do, postea, vbi parum refrixerit, fructus
debite mundatos iniiciendo, & tamdiu re-
linquendo, donec saccharum succo, fructus
vero vicissim saccharo imprægnentur, postea
fructus eximantur, & saccharum succo li-
quatum ad spissiorems rursus consistentiam
coquendo redigatur, cui demum paululum
refrigerato fructus reddantur. Sicque con-
dita feruentur.

III. Radices recentes, Calami aroma-
tici, Cichorii, Eryngii, Pimpinellæ, Sa-
tyrii, Scorzonæ &c. prius mundatæ & in
particulas scissæ, atque, donec mollescant,
aliquatenus aquæ immerse, saccharo, aqua
prædictæ macerationi adhibita, soluto, cla-
rificato & ad consistentiam debitam cocto
imponuntur, denuo parumper coquendo,
idque toties repetendo, donec superflua
humiditas iterata inspissatione sensim eua-
porauerit.

Nota. Caro Citri, si pro Citrinato acci-
piatur, Zingiber, Nux indica &
Lactuca Hispanica, exotica sunt, hinc
illorum præparandi & condiendi mo-
dum docere, huius non est loci.





C I.

CINNABARIS FACTITIA.

R. Sulphuris purissime electi, partem
vnam,

Liquefiat in vase ferreo, sat capaci
leni igne, sensim adiiciendo

Mercurii viui purissimi, antea ca-
lesfacti, partes quinque.

Agitentur assidue spatula ferrea, optime
mixtis operculum ligneum adaptetur, ne
massa inflammetur, quæ tandem calida ad-
huc in puluerem redigatur, & ita sublima-
tioni submitatur.

CINNABARIS NATIUA
PRÆPARATA.

R. Cinnabaris natiuae purae, a re-
crementis mineralibus purgatae,
& aqua bene lotae, quantum vis.

Teratur subtilissime, & sublimetur igne
fortissimo, quæ operatio, si opus videatur,
reiterari potest.

COLCOTHAR, vid. supra
CAPUT MORTUUM VITRIOLI
CONDITA.

Hæc parandi ars Dulciariis & Condi-
toribus non ignota, Pharmacopœorum solet-
tæ merito relinquenda. Schematis tamen
loco generatim quasi delineandum duximus
condiendi modum,

I. Cortices Aurantiorum & Citri recen-
tium ab interiori albedine probe liberati,
diem vnum atque alterum, aqua pura quo-
tidie reiterata, macerentur, tum ad me-

C O.

diocrem mollitiem aqua fontana coquantur,
cocti, ex aqua exenti, parumque ficcati,
saccharo (aqua illa, in qua cortices decocti,
ad dissolutionem sacchari, nisi ingrati ni-
mis sit amaroris, adhibita) soluto & ex
arte clarificato, ac ad debitam consisten-
tiam cocto, immerguntur, sicque condiun-
tur & conduntur.

II. Fructus Berberum, Ceraforum acido-
rum, Ribium, condiuntur: Saccharum cla-
rificatum ad consistentiam tabulati coquen-
do, postea, vbi parum refrigerit, fructus
debite mundatos iniiciendo, & tamdiu re-
linquendo, donec saccharum succo, fructus
vero vicissim saccharo imprægnentur, postea
fructus eximantur, & saccharum succo li-
quatum ad spissiore[m] rursus consistentiam
coquendo redigatur, cui demum paululum
refrigerato fructus reddantur. Sicque con-
dita feruentur.

III. Radices recentes, Calami aroma-
tici, Cichorii, Eryngii, Pimpinellæ, Sa-
tyrii, Scorzonæræ &c. prius mundatæ & in
particulas scissæ, atque, donec mollescant,
aliquatenus aquæ immersæ, saccharo, aqua
prædictæ macerationi adhibita, soluto, cla-
rificato & ad consistentiam debitam cocto
imponuntur, denuo parumper coquendo,
idque toties repetendo, donec superflua
humiditas iterata inspissatione sensim eua-
porauerit.

Nota. Caro Citri, si pro Citrinato acci-
piatur, Zingiber, Nux iudica &
Lactuca Hispanica, exotica sunt, hinc
illorum præparandi & condiendi mo-
dum docere, huius non est loci.

CO.

CONDITÆ NUCES IU-
GLANDIS.

Colligantur nuces tertio ante festum Jo-
hannis die, perforantur vndique stylo, po-
stea octiduum in aqua fontana, bis quoti-
die recenti affusa, macerentur, tunc ad
mollitiem vsque coquantur, cinnamomo
& caryophyllis stipentur & duplo sacchari
clarificato, modo ante edocto, condiantur.

Exotica quæ aliunde ad nos appor-
tantur, vt rite se habeant, Pharma-
copæorum curæ & industriæ relin-
quendum.

CONFECTIO ALKERMES.

R. Sacchari albissimi,
Succi Pomorum Borsdorffiorum,
clarificati, & cum prædicto Saccharo
ad consistentiam mellis cocti,
Succi granorum Kermes Monspe-
liens. spissioris, ana libram vnam,
Cinnamomi optimi puluerificati,
vnciam vnam,
Foliorum auri, No: viginti,

Misce, fiat Electuarium,

Cui libet, singulæ libræ huius con-
fectionis addere potest Ambra
gryseæ veræ, in sufficienti por-
tione succi Kermes distempe-
rata, drachmam semis,

Moschi optimi cum spiritu rosa-
rum diluti, scrupulum vnum,

Et sic nascitur CONFECTIO ALKERMES
COMPLETA. vel CUM MOSCHO & AMBRA.

CO.

CONFECTA SACCHARATA.

Sub horum titulo, diuersæ species cata-
logo nostro sunt insertæ, quædam, quæ
melioris gratiæ ergo saccharo incrustantur,
aliæ, quæ commodioris conseruationis &
vsus ergo in forma sicca saccharo conditæ
seruantur. De vtraque specie non est,
quod sigillatim, quoad parandi modum
moneamus, aut notemus: vtriusque con-
ficiendi modus Conditioribus & Pharmaco-
poeis in commune quasi opificium cessit.
Id vnicum tantum circa incrustatorum con-
fectionem addendum: cauendum nimirum
esse, ne in eorum præparatione candor &
sinceritas exulent, aut locum lucri cedant
amori, indeque amylo potius, qua maio-
rem partem, quam saccharo incrustentur.

CONSERVAE.

Conseruas Herbarum, Florum, Fructuum
conficiendi ratio cum fere coincidat, nec
nisi subiectorum pro diuersitate sacchari
admiscendi proportio in nonnullis nonnihil
variet, id forte solum notandum veniet,
quod cum fructuum, herbarum & florum
præsertim, nonnulli, vt Rosarum, Buglossi,
Borraginis, Tunica succulentiores sint, aliæ
ficciores, illorum singulis libris libræ duæ
Sacchari albissimi sufficiant: his vero sac-
chari quantitas prædicta dimidia libra au-
genda, atque asperso stillatitæ, floribus
quibusque congeneris, aquæ pauillo inter
pisandum mixtura promouenda sit.

Radices conseruandæ recentes succulentæ
minutissime concisæ, cucurbitæ vel ollæ sal-
tem vitreatæ, immisæ & coopertæ, in bal-
neo Maris per bihorium aut trihorium co-
quantur, donec mollescant, dariores præ-
sertim; tum refrigeratæ, in pulpam tun-
dendo

C.R.

dendo cum duplo sacchari in conferuam redigantur.

Pulpa ac caro fructuum contusa per fetaceum traicienda, tumque cum sacchari albissimi sufficienti quantitate, quam iusta Eleſtuarii conſiſtentia indicabit, contundendo condienda.

CREMOR TARTARI.

R. Tartari albi integri, quantum vis, laua aliquoties, donec ab impuritate ſuperficiali probe liberatus ſit, & aqua lotioni ſeruens limpida ab illo deſinat. Hunc groſſe contuſum vaſe ſigulino optime vitreato, deſuperque operculato inde, ac affuſa aqua fluuiali, aut pluuiali, igne intenſo per horam coque, tum oui albumine ſolutionem ſeruentem ſecundum artem clarifica, remoto albumine cum ſordibus, quicquid ſolutum per manicam Hippocratis inclinando vaſe celerime traice, aliamque ruruſ aquam reſiduo nondum ſoluto Tartaro affunde, denuo coque & ſeruentem, vt prius, per manicam cola, idque tertia vice, ſi opus, repete, donec omnis Tartarus ſolutus ſit, ac nil niſi arenula & feſtucæ reſtent. Solutiones omnes confunde, atque probe agitando miſce, ac inter agitandum Tartarus refrigeratus pulueris aut arenæ ſubtiliſſimæ forma ſubſidebit. Hunc plene refrigeratum, vbi effuſa aqua priori, aliquoties affuſa recenti frigida laueris, abſque vltiori ſolutione, ſiccatum atque in ſubtiliſſimum puluerem lavigatum, pro Cremore ſerua.

C.R.

CROCUS MARTIS APERITI-
UUS STAHLII.

R. Scorias Reguli martialis primas, craſſe contuſas aut aëri loco vmbroſo expoſitas, in puluerem nigrum fatiſcentes, cui aquæ communis quantitatem ſufficientem affunde, quam bacillo agitando turba, ac poſt morula momentum, vbi craſſior ad fundum ſeceſſerit pars, aquam in aliud vaſ transfunde, quæ, dum ſubtiliſſimus cum illa effuſus puluis ſubſederit, paululum moræ quieſcat, tum craſſiori pulueri reafundatur, denuoque agitando turbetur, ruruſ ſubſidente craſſiore, tenuior priori aquæ iungatur, ſic turbando ac decantando continuetur, donec aqua turbata, ſubſidente paululum craſſiore puluere non amplius turbetur, nec quicquam in illa adhuc fluctuare percipiatur. Puluis ſic elotus filtro ab aqua ſeparatus, exſiccatus, & cum triplo Nitri puriſſimi deſlagrando colliquatus ac edulcoratus pro Croco Martis aperitio ſeruetur.

Craſſior in fundo reſiduus, ſiccatus & cum triplo nitri detonatus ac edulcoratus, pro *Croco adſtringente* ſeruiet.

CROCUS MARTIS AD-
STRINGENS.

Fiat, limaturæ martis ſubtiliſſimæ, quantum placet, in patella terrea non vitreata vehementiſſimo igne reuerberii in furno ſigulino, aut laterum potius, exponendo, & exactiſſime ad intenſam uſque rubedinem calcinando.

C.R.

CROCUS METALLORUM.

R. Antimonii & Nitri, ana quantum vis, in puluerem redacta misce exacte, & in crucibulo ignito detona successiue ac in massam redige puniceam, Hepatis nomine Chymicis notam. Hanc puluerisatam aqua calida pluries affusa edulcora, & per chartam emporiticam ab aqua separatum puluerem in crucibulo denno aliquantisper calcina, tum pro croco metallorum serua.

Aqua inde per filtrum separata exhalando Nitrum præbet *antimoniatum*, seu, vt alii vocant, *Anodinum minerale*.

CRYSTALLI TARTARI.

Tartarum modo supra in cremore edocto superficietenus lotum, solutum, oni albumine clarificatum, & aliquoties elotum, denuo aqua limpidissima, strenue in vase puro coquendo solue, per manicam puram ocyus in vas commodum & absque vlla agitatione quietum infunde ac in loco frigido serua, & in crystallos coibit puras & elegantes, vt non extreme candidas & pelucentes, magis tamen, quam si ad extremam albedinem lotus fuerit Tartarus, efficaes, vt & copiosiores: diutina enim illa & sæpius repetita lotura plurimum & Tartari & virtutis eluitur.

DECOCTA,

quia propter corruptionem in pharmacopoliis diu asseruari nequeunt, consultius est, vt semper, quoties a Medicis præscribuntur, recenter parentur. Medici vero, vt tempori parcant, ne præsertim pauperibus in quouis morbo nouam exhibere debeant præscriptionem, non incongruum duximus, nonnullas decoctorum formulas hic inferere.

D.E.

DECOCTUM ALBUM.

R. Micæ panis albi,
Cornu cerui vlti, ana vnciam vnã,
Aquæ fontanæ, Libras tres,

Coquantur &

Colaturæ Libris duabus, adde vel Sacchari albi, vel Syrupi cuiusdam, quantum placet,

DECOCTUM PINI.

R. Turionum pini recentium, vncias quatuor,
Incisis ac contusis affunde,
Aquæ fontanæ feruidæ, Libras quinque.

Stent in vase fictili vitreato, & bene obturato per noctem in loco calido, mane ebulliant per semi horam. Colatura detur ad vsum.

DECOCTUM PROPHILACTICUM.

R. Radicis graminis,
chinæ,
saffaparillæ, ana vncias duas,
liquiritiæ, vnciam vnã,
Ligni saffrafras, vnciam vnã & semis,
Seminis anisi, vnciam dimidiam.

Concisæ & contusæ species infundantur in Aquæ fontanæ, Mensuris sex.

Coquantur per horam in vase bene clauso & postea coletur.

DIA-

DI.

DIAGRYDIUM SULPHURATUM.

R. Scammonii pulverifati, quantum vis. Extende super chartam bibulam, suppositis prunis, sulphure modico asperso fumantibus, suspensam, continue Scammonium versando ac mouendo, donec liquefcere incipiat ac albescat, quod tum debite sulphuratum commode seruetur.

ELAEOSACCHARA.

Hoc nomine venit saccharum in pulu-rem tritum, & oleo quodam essentiali, plus minus imprægnatum, alterandi scopo, vsui interno destinatum. Ne vero magna quantitate affruentur, sed potius recenter semper praeparentur, notandum: Et sic oriuntur.

ELAEOSACCHARUM ANISI.

R. Sacchari albissimi, vnciam vnam, Olei anisi destillati, guttas viginti,

Misce fiat puluis. Et pari ratione prae-
parantur

ELAEOSACCHARUM CARYOPHYLLORUM,
CINNAMOMI,
FOENICULI,
MACIS, &c.

ELAEOSACCHARUM AU-
RANTIORUM ET CI-
TRI CORTICUM

Simili modo præparari potest, sed con-
sultius & melius est, sacchari portionem,
cortici pomorum aurantium vel citri re-
centi affricando, donec oleosa flauedinis
substantia satis imprægnata videatur.

EL.

ELECTUARIUM DIACATHO-
LICUM.

R. Polypodii querni, libram semis.
Decoquatur in aquæ communis, mensuris
quatuor ad consumptionem media circiter
partis, cuius colaturæ quantitate suffi-
cienti extrahe

Pulpæ Cassiæ,

Tamarindorum, ana vn-
cias quatuor.

Inspissentur pulpæ ad mellaginem fere,
quibus adde probe subigendo,

Sacchari albissimi, libras quatuor.

Demum subsequentes pulueres subtilissime
tritos & cribratos, nempe

Pulueris anisi

galangæ,

rhabarbari selecti, ana
vncias duas,

foliorum Sennæ orien-
talis, vncias qua-
tuor,

glycirrhizæ, drachmas
duas,

paulatim insperge, & misce pro Electuario.

ELECTUARIUM DIASCOR-
DIUM FRACASTORII.

R. Herbæ scordii, vncias duas,
dictamni cretici,
bistortæ,

Radici gentianæ,

tormentillæ,

Cassiæ lignæ acutissimæ,

Cin-

E L.

Cinnamomi,
Galbani,
Styracis Calamithæ, ana vnciam
femis,
Gummi arabici, vnciam vnam cum
dimidia,
Piperis longi,
Zingiberis, ana drachmas duas,
Opii thebaici depurati,
Semini anifi, ana drachmam vnam
cum semisse,
Conservæ rosarum rubrarum, li-
bram vnam,
Mellis despumati, libras duas semis,
Vini generosi albi, libram semis.

Opium in vino solutum cæteris speciebus
bene puluerisatis & mixtis addatur, &
lege artis intime misceantur ad Electuarii
consistentiam.

ELECTUARIUM HIERAE PI-
CRAE SIMPLICIS.

R. Aloes Succotrinæ, vncias duo-
decim,

Afari,
Cinnamomi,
Crocii,
Mastiches,
Spicæ indicæ,
Xylobalsami, aut ejus loco, ligni
aloes, ana drach-
mas sex,
Mellis despumati, libras quatuor
cum semisse.

Misce pulveres melli fere refrigerato pro
Electuario.

E L.

ELECTUARIUM HIERAE
COMPOSITAE CUM AGA-
RICO, SEU PRO CLY-
STERIBUS.

R. Specierum hierae simplicis sine
Aloe,
Agarici trochiscati, ana vnciam
femis,
Aloes illotæ, vnciam vnam,
Mellis despumati, vncias sex.

Misce fiat Electuarium.

ELECTUARIUM LENTITIUM.

R. Caricarum pinguium, libram vnam,
Foliorum Sennæ, sine stipitibus,
vncias novem,

Pulpaë Cassiæ,
prunorum gallicorum,
tamarindorum, ana li-
bram semis,

Semini coriandri, vncias quatuor,
Radici glycyrrhizæ concisæ, vn-
cias tres,

Sacchari purissimi, libras duas
& semis.

Folia Sennæ cum semine coriandri in
pulverem redige, & per cribrum separa
vncias decem. Residuum cum caricis &
glycyrrhiza in quatuor librarum aqua men-
sura coque ad dimidium. Dein cola &
exprime. Liqueor expressus euaporet ad
remanentiam tertiae partis, cui adde saccha-
rum, ut fiat Syrupus. Hunc syrupum
adde gradatim pulpis, & postremum im-
misce pulverem, cribro prius separatam.

ELEC-

EL.

ELECTUARIUM CONTRA
MORSUM CANIS RABIDI.

R. Meloum maialium rite præparatarum, cum melle, in quo fiti erant, adhærente, Numero viginti quatuor,

Theriaca, vncias duas,
Ligni Hebeni, drachmas duas,
Radici serpentariae virginianæ,
Limaturæ plumbi, ana drachmam
vnam,

Fungi Sorbi aucupariæ, grana viginti.

Hiscæ adhuc adde eiusdem mellis, ex quo meloës exenti sunt, & nisi Theriaca quantitas sufficiens adesset, huius loco substitui potest Rob Sambuci.

Meloës hi maiales, priusquam melli immittuntur, cuius viuo adhuc caput decerpitur, cum hac cautela, nequid liquoris sub tactu lenissimo huiusce insecti facile effluentis perdat, sed simul melli misceatur. Tum e melle sumti, meloës cultro vel alio instrumento, super lamellam seu orbem minutissime conciduntur & attenuantur; cætera species in puluerem subtilissimum rediguntur, tunc cum Theriaca & melle intime miscentur ad consistentiam Electuarii & tunc massa hæc in vase fictili seu vitreo in loco temperato ad usum conseruatur.

Remedium hocce sane non contemnendum, iussu Regis nostri Augustissimi & patris patris Clementissimi, ita ipsi pretio oblatum, absque vlla mutatione seu correctione publici iuris fecimus, quamquam non ignoramus, virtutem & efficaciam huius remedii solum ab insecto, meloë scilicet, dependere.

EL.

ELECTUARIUM STOMACHICUM.

R. Acori conditi, vncias tres,
Conseruae melissæ,
menthae, ana vncias
quatuor,

Caryophyllorum, vnciam semis,
Cinnamomi electi,
Zingiberis albi scindendo com-
minuti, ana vnciam vnam,

Sacchari albissimi in sufficiente
quantitate aquæ rosarum dis-
soluti, vncias sex.

Misce fiat ex arte Electuarium.

ELIXIR ACIDUM DIPPÉLII,
s. HALLERI.

R. Olei vitrioli anglicani, vnciam
vnam,
Spiritus vini rectificatissimi, vncias
sex.

Oleum vitrioli spiritui vini in vase vitreo satis capaci succelliue & guttatim quidem admisceatur, & per interualla epistomio vitreo semper tegatur; dein tota quantitas ita mixta absque digestionem vsui seruetur.

ELIXIR ANTISCORBUTICUM
AMARUM.

R. Herbae Absynthii,
Beccabungae,
Trifolii fibrini, ana vnciam
semis,
Cochleariae recentis,
Nasturtii aquatici recentis,
ana vnciam vnam,

D

Radi-

EL.

Radicum Enulae, drachmas tres,
Filicis, drachmas sex,
Corticum Aurantium, drachmas
tres.

Incisis & contusis affunde

Spiritus Cochleariae,
Nasturtii, ana uncias
quinque,

Stent in digestionem aliquamdiu, dein ex-
primantur & filtrentur.

ELIXIR ANTISCORBUTICUM
TEMPERATUM.

R. Extracti Trifolii fibrini,
Absynthii,
Scordii,
Pomorum aurantium
viridium,
Cochleariae,
Martis pomati, ana unciam
vnam,
Aquaes Foeniculi,
Menthae, ana uncias duo-
decim.

Misce, stent in leni digestionem duodecim
horarum, ab igne remotis & refrigeratis
adde

Spiritus vini rectificati, uncias duo-
decim,

in quo guttatim & successiue instilla

Olei vitrioli, unciam vnam.

Stent de nouo in digestionem duodecim
horarum, dein colatur & seruetur.

EL.

ELIXIR PECTORALE.

R. Radicis Enulae,
Iridis florentinae,
Scillae, ana uncias duas,
Liquiritiae, unciam vnam,
Gummi Ammoniaci electi, uncias
quatuor.
Myrrhae,
Benzoes,
Styracis liquidae,
Crocis optimi, ana unciam semis,
Seminis anisi, unciam vnam &
semis.

Incisa & contusa digerantur per quadri-
duum cum

Spiritus vini rectificati libris qua-
tuor cum semisse,
Exprimantur & filtrentur.

Nota. Gummata seorsum extrahantur.

ELIXIR PECTORALE
TEMPERATUM.

R. Radicis Pimpinellae albae, unciam
semis,
Liquiritiae, unciam vnam,
Enulae, drachmas duas,
Rhabarbari, drachmam
vnam,
Gummi ammoniaci,
Nitri depurati, ana drachmas tres,
Corticis cascarillae, uncias duas,
Seminis anisi stellati, drachmas
tres,
Aquaes hyssopi, uncias quatuor-
decim,

Aquaes

EL.

Aquae veronicae vinosae, vncias tres.

Stent in digestionē fortiori, per quadraginta octo horas, tum species fortiter exprimantur, & Elixirium coletur & vsui feruetur.

ELIXIR PROPRIETATIS
CUM RHABBARBARO.

R. Aloes succotrinae, drachmas sex,
Myrrhae rubrae electae, drachmas duas,

Croci orientalis, drachmam vnam
cum semisse,

Rhabbarbari optimi, vnciam semis.

Concisis & contusis in phiala capaci affunde

Vini maluatici generosi, vncias octo,

Spiritus salis rectificati, vnciam vnam,

Stent vase optime obturato in digestionē, loco tepido octiduum, tum filtretur & feruetur.

ELIXIR PROPRIETATIS
PARACELSI.

R. Aloes succotrinae,
Myrrhae, ana vncias duas,
Croci, vnciam vnam,

Spiritus vini rectificati libras duas,
Sulphuris vncias duas.

Spiritus Vini per aliquot dies cum Spiritu Sulphuris digestionē committantur, dein admisce Aloem, Myrrham & Crocum in puluerem trita. Stent in digestionē quatuor dies, tum filtrentur & feruentur.

EL.

ELIXIR PROPRIETATIS SINE
ACIDO.

R. Aloes succotrinae,
Myrrhae electae,
Croci optimi, in subtilissimum puluerem redactorum,
Salis Tartari, ana vnciam vnam,
Aquae florum Sambuci, vncias duas.

Vasi vitro plano commissa, in loco humido reponantur per aliquot dies. Tunc affundantur

Spiritus vini rectificati, vncias sedecim,

leni calore per quatrimum digesta exprimantur ac filtrentur. Si huius Elixirii singulis vnciis, drachma vna Spiritus Salis Ammoniaci vinosi admiscetur & haec per biduum digeruntur, egregie exaltari potest in

ELIXIR PROPRIETATIS DULCE
VOLATILE.ELIXIR PURGANS PROPTER
VULGUS.

R. Foliorum Sennae, vncias duas,
Aloes hepaticae, vnciam semis,
Zingiberis, drachmas tres,
Colocynthis, drachmam vnam
semis,

Liquoris terrae foliatæ Tartari, vncias quatuor,

Spiritus vini rectificati, vncias duodecim,

Extrahantur lege artis.

D 2

ELIX-

EL.

ELIXIR ROBORANS.

- R. Corticis peruviani optimi, vncias quatuor,
 Radicis Gentianæ rubræ,
 Flavedinis corticum aurantium, ana vnciam vnam cum semisse,
 Spiritus vini gallici, libras quatuor.
 Misce, digerantur per sex dies, tum cola & serua.

ELIXIR VISCERALE.

- Elixir Viscerale:*
 200℥. Or: 3ii
 Fructo Or: 3i
 Cassia 3/3
 Kali Carbonici 3/3
 Vini Malacensis 3xxx
 Or & Digest: Colletur
 & Salva
 200℥. Absinthij 3/3
 Cassia 3ii
 Gentian: r
 Trifol: an 3/3
 Or: de Cedro 3ii in
 200℥. Vini Malacensis
 3ii soluti serua.
- R. Corticis Aurantium, 4
 Cascarillæ,
 Radicis Enulæ,
 Gentianæ rubræ,
 Herbæ Cardui benedicti,
 Absynthii, ana vnciam vnam semis,
 Seminis Anisi,
 Fœniculi, ana drachmas sex,
 Florum Macis,
 Cinnamomi acuti, ana vnciam semis,
 Salis Tartari depurati, vnciam vnam,
 Vini malvatici, seu Hispanici nobilioris vnciis vinginti

Digerantur in vase bene clauso & cooperto fortiter, fere ad ebullitionem per quatuor horas. Dein cola; speciebus remanentibus adde

EL.

Aquæ communis, vncias viginti quatuor,

coque in vase bene obturato ad remanentiam unciarum sedecim, tum filtra. Hocce Decoctum cum Extratione antecedenti misce & serua ad vsum

ELIXIR VITRIOLI MYSICHTI.

- R. Calami aromatici, vnciam vnam,
 Caryophyllorum,
 Cinnamomi electi, ana drachmas tres,
 Cubebarum,
 Nucis moschatae, ana drachmas duas,
 Galangæ minoris, vnciam vnam semis,
 Corticum Citri, drachmas duas,
 Menthæ crispæ,
 Saluæ acutæ,
 Zinziberis albi, ana drachmas tres,
 Sacchari albissimi, vncias tres,

Incisa & contusa misce, & superfunde spiritus Vini rectificati vncias sedecim. Stent in digestionem per quatuordecim dies; dein adde spiritus Vitrioli vncias quatuor, digerantur septimanas quatuor, tum per Emporeticam colentur. Residuo, Spiritus Vini vncias sex affunde, digere, & essentiam reliquam extrahe, quam a faecibus filtro separatam, priori tincturae iunge & aliquamdiu circulatam probe serua.

ELIX-

Elixir Vitrioli M.
 3ii
 Cassia Cinnamomi
 Cinnamomi 3ii
 Cardamomi 3ii
 Caropoli 3ii
 Galanga
 Nucis moschatae 3ii
 Galangæ minoris 3ii
 Corticum Citri 3ii
 Menthæ crispæ
 Saluæ acutæ
 Zinziberis albi
 Sacchari albissimi
 3ii
 m.

EL.

ELIXIR VTERINUM
CROLLII.

R. Essentiæ Herbæ Artemisiæ con-
centratae,
Castorei ana vncias sex,
Croci vncias duas.

Olei destillati angelicæ,
anisi,
succini, ana drach-
mam semis.

Misce, leni calore digerantur.

EMPLASTRUM ADHAESIUM.

R. Emplastri diachyli simplicis, libram
semis,

Picis burgundicæ, vncias tres.

Misce, liquefiant, vt fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM ALBUM
COCTUM.

R. Cerae albæ, vncias quatuor,
Cerussæ, libram vnam semis,
Olei Oliuarum, libras duas.

Oleo, leni igne bullienti, Cerussa modico
aceti adperso subtilissime trita exacte mis-
ceatur, atque ad consistentiam iustam co-
quatur, cui tandem cera colliquescat, vt
lege artis emplastrum iustæ consistentiæ
euadat.

EMPLASTRUM DE AM-
MONIACO.

R. Gummi Ammoniaci electi, libras
duas,
Galbani,

EM.

Gummi styracis,
Saponis veneti, ana libram semis,
Olei lini, libram vnam,
Cerae flauæ,
Resinæ pini,
Therebinthinæ, ana libram semis.

Misce, fiat lege artis Emplastrum.

EMPLASTRUM DE BACCIS
LAURI.

R. Baccarum lauri, in pollinem te-
nuissimum redactarum, vncias
duas,

Cerae citrinae, vnciam semis,
Mastiches,

Myrrhae,

Thuris, ana vnciam vnam,

Olei laurini,

Therebinthinæ venetae, ana
drachmas tres,

Mellis despumati, quantum suf-
ficit.

Cera, Oleo & Therebinthina liquatis, &
ab igne semotis, reliqua successiue secundum
artem misceantur.

EMPLASTRUM DE BE-
TONICA.

R. Cerae flauæ,
Resinæ pini,
Therebinthinæ, ana vncias duas.

Liquefactæ cum resina cera, & aliquate-
nus refrigeratae, therebinthinam adde,
hisque vnitis pulueres subtilissimos ex arte
& exacte miscendo:

D 3

Beto-

EM.

Betonicae, vnciam vnam & semis,
Mastiches,
Thuris, ana drachmas duas.

M. Fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM CEPHALICUM.

R. Gummi Tacamahacae,
Benzoes,
Styracis calamithae,
Mastiches,
Hederac,
Olibani,
Ladani puri, ana vncias
duas,
Therebinthinae venetae, vnciam
vnam,
Olei nucis moschatae, drachmam
vnam,

Cum sufficiente quantitate styracis liquida
fiat lege artis Emplastrum.

EMPLASTRUM DE CICUTA.

R. Succi ex tota cicuta expressi, vncias
viginti,
Gummi ammoniaci electi, vncias
octo.

Dissoluatur gummi in succo, & inspissetur
ad pulpam consistentiam, tum adde

Pulueris herbae cicutae, vncias
decem,

Cerae flavae, libram vnam,

Olei lini recentis, vncias quatuor.

Misce fiat lege artis Emplastrum.

EM.

EMPLASTRUM CITRINUM.

R. Cerae flavae, libras duas,
Resinae, libram vnam,
Seui hircini, aut ceruini, vncias
nouem,
Therebinthinae, vncias octo,
Olei liliorum alborum, aut hyperici
florum, vnciam semis,

Misce fiat lege artis Emplastrum.

EMPLASTRUM DEFENSIUUM.

R. Pulueris subtilissime Cerussae,
Lithargyrii, ana
vncias octo,
Olei e floribus rosarum, libram
vnam,
Vnguenti populei vncias tres,
Aceti rosacei, vncias octo,
Succi plantaginis per residentiam
depurati, vncias quinque.

Coquantur in Diplomate, aut terreo potius
vaso probe vitreato, commodo, igne
leni ad consumptionem humoris & consistentiam
Emplastri mollioris, spatula continue
agitando, cui ab igne remoto successiue adde

Cerae flavae nouae, vncias duas,
Crocii optimi, drachmas duas,
Lapidis calaminaris puluerisati,
Mastichis electi, ana vnciam vnam
semis,
Myrrhae electae, vnciam semis.

Omnibus calide mixtis & probe subactis
fiat Emplastrum.

EM-

EM.

EMPLASTRUM DIACHYLON
COMPOSITUM, SEU CUM
GUMMIATIBUS.

- R. Emplastri diachyli simplicis, mox
docendi, libram semis,
Gummi depuratorum Ammoniacy,
Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni, ana
drachmas
duas,

Cerae,
Therebinthinae, ana vnciam vnam,
Crocī, scrupulum vnum,
Olei chamomillae,
liliorum alborum, ana vnciam
semis,

Misce, fiat secundum artem Emplastrum.

EMPLASTRUM DIACHYLON
SIMPLEX.

- R. Lithargyrii, libram vnam semis,
Mucilaginis radicū Altheae,
feminis Fœnu graeci
Lini, ana libram
vnam,
Olei Oliuarum puri, libras tres,

Coquantur in diplomate leni igne, con-
tinue agitando, ad consumptionem vsque
omnis humiditatis & iustam Emplastri con-
sistentiam.

EMPLASTRUM DIAPALMAE.

- R. Adipis porcini recentis liquati, & a
membranis purgati, libras duas,

EM.

- Vitrioli albi, vncias quatuor,
Lithargyrii tenuissime triti, libr. tres,
Olei diapalmae, libram semis,
oliuarum, libras tres,
Ramorum palmae teneriorum, aut
eorum defectu, foliorum nouel-
lorum Quercus, vncias duas.

Palmæ rami recentes (aut eorum defectu
frondes tenelli quercus) minutissime concisi
adipi aut oleo incoquantur, tum colentur,
ac cum Lithargyrio ad consistentiam conue-
nientem reducantur, quibus ab igne remo-
tis, Vitriolum album subtilissime pulveri-
fatam immisceatur, spatula e querno ligno
teneriori confecta continue agitando, ad
Emplastri debitam consistentiam.

EMPLASTRUM DIAPHORETI-
CUM MYNSICHTI.

- R. Bdellii, vncias quatuor,
Cerae flavae, vncias nouem,
Colophonii, vncias quatuor,
Gummi ammoniaci aceto depu-
rati, vncias duas,
Mastiches electae,
Olibani, ana vnciam semis,
Sandaracae, vnciam vnam,
Succini flauī, vncias tres,
Therebinthinae purae, vncias duas.

Cerae cum Colophonio liquatae, & ab
igne sepositae, ac semi refrigeratae The-
rebinthina Ammoniaco colliquata, hisque
iunctis ac optime mixtis, reliqua in pulue-
rem contrita addantur, & exacte com-
misceantur.

EM-

EMPLASTRUM DIAPOM-
PHOLYGOS.

- R. Olei oliuarum, vncias octo,
Succi Solani, libram vnam.
- Coquantur leni igne ad humiditatis con-
sumtionem, tunc adde
- Cerae citrinae, vncias octo,
Cerussae puluerifatae, vncias duas,
Plumbi vsti,
Nihili albi,
Olibani puluerifati, ana vnc. vnam,
Tutiae praeparatae, vnciam semis.
- Fiat lege artis Emplastrum.

EMPLASTRUM DE GALBANO
CROCATUM.

- R. Gummi galbani in aceto dissoluti,
vncias sex,
Emplastri de Meliloto infra do-
cendi,
Diachyli simplicis, ana
vncias tres,
Cerae citrinae, vncias duas,
Therebinthinae venetae, vnciam
vnam,
Crocis orientalis, drachmas sex.
- Misce fiat ex arte iustae consistentiae
Emplastrum.

EMPLASTRUM AD GANGLIA.

- R. Gummi Ammoniaci,
Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni aceto soluto-
rum, colatorum & spif-
fatorum,

EM.

Gummi Myrrhae electae subtiliter
puluerifatae, ana vncias
tres,

Olei laurini,
Spiritus Vini, ana vnciam vnam,
Sulphuris viui,
Vitrioli romani,
Salis ammoniaci, ana vnciam semis,
Euphorbii, drachmas duas.

Fiat ex arte Emplastrum.

EMPLASTRUM GRISEUM.

- R. Cerae flauae, vncias sex,
Camphorae, drachmam vnam,
Cerussae praeparatae, vnciam se-
mis,
Lapidis Calaminaris praeparati,
Lithargyrii, ana vncias duas.
Mastiches,
Myrrhae,
Olibani, ana drachmas duas,
Resinae, vncias duas,
Seui Hircini aut Ceruini, vncias
quatuor,
Therebinthinae, vnciam vnam
semis.

Cera, Therebinthina & Seuo colliquatis
& paululum refrigeratis, reliqua in pulue-
rem redacta exacte commiscendo, fiat Em-
plastrum secundum artem.

EMPLASTRUM AD HERNIAS.

- R. Glutinis animalis cuiuslibet, vel
etiam, quo seriniarii vtuntur,
vncias quatuor,

Lapi-

EM.

Lapidis haematitae præparati,
Sanguinis Draconis præparati,
Sacchari saturni crySTALLIFATI, ana
drachmas tres,
Gummi ammoniaci, cum aceto
depurati, ac olei myrtini suf-
ficien- ti quantitati coctione vni-
ti, vncias tres.

Misce calore leni cinerum, & fiat lege artis
Emplastrum, mollis quidem, sed tenacis con-
sistentiæ.

EMPLASTRUM DE ME-
LILOTO.

R. Herbae & florum Meliloti, vn-
cias sex,
Summitatum absynthii,
Florum chamomillae,
Baccarum lauri,
Seminis apii,
Styracis, ana drachmas sex,
Gummi ammoniaci, vnciam vnam
& femis,
Cerae citrinae, vncias nouem,
Seui hircini, vncias quinque,
Therebinthinae,
Refinae, ana drachmas sex,
Olei chamomillae, vncias tres,
Misce, fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM MERCURIALE,
ALIAS DE RANIS CUM
MERCURIO.

R. Emplstri diachyli cum gummi,
libram vnam femis,

EM.

Liquetur leni calore, dein ab igne remo-
to, sub continua agitatione sensim adde
Mercurii viui depurati, vncias octo,
Styracis liquidæ, vnciam vnam &
femis,
Therebinthinae, vnciam vnam,
Misce, fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM DE MINIO.

R. Seui ceruini, seu hircini,
Cerae citrinae,
Olei rosarum, ana libram vnam,
Therebinthinae, vncias quatuor,
Liquatis lenissimo calore adde
Minii, libram vnam,
Misce, fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM MIRACU-
LOSUM.

R. Ceruffae,
Minii, ana libram vnam,
Olei oliuarum, libras duas cum
femisse,
Saponis veneti bene ficcati, vn-
cias tres.

Scindatur sapo minutissime, atque oleo
in diplomate igne moderato feruenti im-
misceatur, vbi omnis sapo oleo fuerit col-
liquatus & mixtus, insperge continue mo-
uendo, alternatim Ceruffam & Minium
subtilissime trita, semperque rudicula lignea
diligentissime agitando, ne in fundum ca-
dant, simulque cauendo, ne nimio igne
ebulliant nimis, igne moderato coquantur,
donec subfuscum colorem inducere incipiant,

E

&

EM.

& iustam Emplastri ductilis consistentiam, id quod guttula in frigidam instillata experiri poteris, acquirant. Tum ab igne remoue, ac mediam circiter partem, aut in scatulas effunde, aut in aquam frigidam, donec tractabilis fiat, tunc manibus oleo delibutis malaxando, efforma magdaleones, & serua.

Alteri medietati igni rursus parum impositæ Aluminis vsti, drachmas duas exacte misce, sic perinde in scatulas effunde aut magdaleones efforma.

Quod si contra Catarrhos eiusdem vsus exoptes, loco Aluminis, Camphoram in olei oliuarum pauxillo distemperatam sub finem adde & misce.

EMPLASTRUM NIGRUM SULPHURATUM BECHOLZII.

R. Cinerum clavellatorum purorum, libram vnam,
Salis ammoniaci puri, vncias tres,
Spiritus therebinthinae, libras duas.

Mixta, digerantur per mensem. Liquori digesto adde

Florum sulphuris, vncias duas.

Digere de nouo per mensem. Dein admisce

Gummi in aceto squillitico soluti,
Ammoniaci,
Galbani,
Bdelli,
Sagapeni, anabinas vncias cum dimidia,

EM.

Colophonii, libram vnam,
Myrrhae optimae purae,
Therebinthinae, ana vncias duas.

Coque ad consistentiam Emplastri, sub finem adice

Camphorae, in spiritu vini solutae vnciam vnam semis.

EMPLASTRUM OXYCROCEUM.

R. Croci,
Gummi aceto depurati, Ammoniaci,
Galbani,

Mastiches,
Myrrhae,
Olibani, ana vncias duas,
Therebinthinae,
Cerae,
Colophoniae,
Picis, ana libram semis.

Cera & Colophonia Picis colliquetur, colatis ac ab igne remotis & parumper refrigeratis, Ammoniacum ac Galbanum Therebinthina solutum, mox & reliqua subtilissime puluerisata addantur, & exacte miscantur pro Emplastro.

EMPLASTRUM RESOLUENS.

R. Gummi ammoniaci crudi, libras tres,
Assae foetidae, libram vnam,
Saponis venetae concisae, libram semis,

Aceti vini optimi, quantum satis,
Coquantur, & fiat lege artis Emplastrum.

EM-

EM.

EMPLASTRUM SAPONATUM
BARBETTE

idem est quod

EMPLASTRUM MIRACU-
LOSUM.EMPLASTRUM DE SPERMA-
TE CETI.

R. Cerae albae, vncias quatuor,
Galbani depurati, vnciam vnam,
Spermatis Ceti, vncias duas.
Olei Liliorum alborum vnciam
semis,

Cera igne leni liquata sperma Ceti, &
tandem Galbanum commiscendo, fiat ex
arte Emplastrum.

EMPLASTRUM DE SPERMATE
RANARUM.

R. Cerae citrinae, vncias sedecim,
Cerussae venetae subtilissime tri-
tae, libras decem,
Lithargyrii, libram vnam,
Mucilaginis de spermate ranarum
per linteum colatae,
Olei oliuarum, ana libras octo,
Sacchari saturni, vncias duas cum
semisse,
Therebinthinae communis, vncias
octo.

Mucilaginem spermatis ranarum cum oleo
coque ad consumptionem vsque humiditatis,
quibus demum cera ac therebinthina, vt &
pulueres reliqui lege artis immisceantur.

EM.

EMPLASTRUM STOMA-
CHICUM.

R. Gummi Galbani,
Tacamahacae,
Mastichis electi,
Styracis calamithae,
Cerae flauae, ana libram vnam,
Olei oliuarum, libras duas,
Liquefactis leni calore adde
Pulueris baccarum Lauri,
Seminis cumini, ana drach-
mas sex,
Caryophyllorum aromati-
corum,
Nucis moschatae, ana vn-
ciam semis,
Balsami peruuiiani optimi, drach-
mas tres,
Olei destillati menthae,
carui, ana guttas
quadraginta,

Misce, fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM DE TACA-
MAHACA.

R. Gummi Animae,
Mastiches,
Sandaracae,
Succini, ana drachmas tres,
Tacamahacae, vnciam vnam,
Cerae, vncias tres,
Olei mastichini, drachmas tres,
Therebinthinae, drachmas duas,

Misce, fiat secundum artem Emplastrum.

E 2

EM

E M.

EMPLASTRUM CONTRA
VERMES.

R. Olei absynthii, vncias quatuor,
petrae, vnciam vnam,
Cerae flauae, vncias sex,
Therebinthinae venetae, vnciam
semis.

Galbani,
Pulueris Colocynthidis,
Absynthii,
Aloes hepaticae, ana vn-
ciam vnam,
Pulpaee allii sub cineribus cocti, vn-
ciam vnam & semis,

Misce fiat lege artis Emplastrum.

EMPLASTRUM VESICATO-
RIUM.

R. Pulueris Cantharidum, vncias duas,
Picis albae,
Cerae citrinae,
Therebinthinae, ana vnciam vnam.

Misce, fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM VESICATORI-
UM TEMPERATUM.

R. Emplastri vesicatorii ante descripti
vncias sex,
diachyli compositi, vn-
cias duas,

Camphorae in olei amygdalarum
dulcium quantitate sufficiente
solutae, drachmam vnam,

Misce, fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM VESICATORI-
UM PERPETUUM.

R. Therebinthinae venetae,

E S.

Gummi Mastichis subtilissime pul-
uerisati, ana libras quatuor,
Pulueris Cantharidum, libram
vnam semis,
Pulueris gummi Euphorbii, libram
vnam,

Misce, fiat lege artis Emplastrum.

ESSENTIA ABSYNTHII
COMPOSITA.

R. Comarum Absynthii vulgaris, vn-
ciam vnam,
Foliorum Cardui benedicti, vn-
ciam semis,
Florum Centaurei minoris, drach-
mas duas,
Radicum Zedoariae,
Corticum Aurantiorum,
Citri, ana drachmastres,
Myrrhae rubrae, drachmam vnam,
Caryophyllorum,
Crocii, ana drachmam semis.

Incisis & contulis affunde spiritus vini
rectificati libram vnam semis, stent in di-
gestione dies aliquot, quatuor circiter, vase
optime clauso, postea essentia extracta char-
ta bibula coletur.

Nota. Circa Essentias in genere idem no-
tandum, quod circa aquas compositas
supra monitum, hic quoque locum
inuenire, & circa essentias extrahen-
das obseruandum esse, ne intempesti-
uae parsimoniae ergo, Essentiis paran-
dis spiritus vini sinceri, & quidem
optime dephlegmati loco, spiritus ad-
hibeantur, aut ab aliis speciebus ab-
strac-

E.S.

stracitii, alienis virtutibus quadantenus imprægnati, aut non satis exacte dephlegmati; nequitiam autem se- quiores vulgares frumenti, aut aliarum frugum odore quandoque & sapore nauseabundi. Satius & optimum foret, si cuique, præsertim vegetabilium extrahendæ essentiæ spiritus eiusdem vegetabilis proprius, aut per fermentationem, aut per abstractionem Vini spiritus, ab eodem vegetabili paratus, adhiberetur.

ESSENTIA ABSYNTHII
SIMPLEX.

R. Summitatum absynthii floridarum & ad maturitatem proxime accedentium, cum foliis minoribus in umbra siccatarum, uncias sex, contusa infundantur in libris duabus spiritus proprii per fermentationem parati, quod consultius & præstantius, aut saltem vini gallici rectificati, post digestionem sufficientem essentia extracta, decantata, expressa & per emporeticam destillata vñui asservetur.

Nota. Juxta hanc normam omnes fere reliquæ vegetabilium essentiæ simplices parari poterunt.

ESSENTIA ALEXIPHARMACA
STAHLII.

R. Radicum Angelicæ,
Imperatoricæ,
Helenii, ana vnciam vnam,
Carlinæ, vnciam semis,
Vincetoxici,
Pimpinellæ albæ, ana vnciam vnam semis,

E.S.

Concisa infunde in
Spiritus vini rectificati optimi, libra vna,

Digerantur per Nycthemeron.

R. Huius Essentiae & Essentiae Scordii ana; mixta seruentur vsui.

ESSENTIA ALOETICA.

R. Aloës succotrinae, vnciam vnam,
Spiritus Vini rectificati, vncias quinque.

Digere per biduum, tum per chartam filtra.

ESSENTIA AMARA.

R. Summitatum Absynthii vulgaris vnciam vnam semis,
Centaurei minoris,

Herbac Tanaceti,

Cardui benedicti, ana vnciam vnam,

Cochleariae, vnciam semis,

Baccarum Juniperi, vnciam vnam & semis,

Corticum exteriorum Aurantiorum,

Radicum Zedoariae,

Gentianae ana vnciam unam.

Incisis & contusis affunde

Spiritus vini gallici optimi, libras quatuor,

Digerantur octiduum, coilentur & fiat secundum artem Essentia.

E.S.

ESSENTIA AMBRAE.

- R. Ambrae gryseae optimae, drachmam vnam,
 Moschi Alexandrini optimi, grana quindecim,
 Spiritus rosarum, per fermentationem parati, & optime rectificati, aut
 Spiritus vini gallici rectificatissimi, ana vncias tres,

Mista exacte phiola includantur bene obturata, ac per octiduum circiter calore lenissimo digerantur, post per chartam emporeticam traiciantur, & in vase probe cooperto seruentur.

ESSENTIA AROMATICA.

- R. Cinnamomi longi, vnciam vnam,
 Macis,
 Cardamomi minoris,
 Caryophyllorum, ana vnciam semis,
 Zinziberis,
 Piperis longi,
 Galangae minoris, ana drachmas duas,

Contusa extrahe cum unciis viginti Spiritus vini rectificatissimi.

ESSENTIA ASAE FOETIDAE.

- R. Asae foetidae, vncias duas,
 Spiritus vini tartarifati, libram vnam,

Extrahe, digerendo triduum calore leni, essentiam, quam filtratam serua.

E.S.

ESSENTIA AURANTIORUM
CORTICUM.

- R. Flauedinis extimae corticum aurantium recens detractae & parum ficcatae, vncias quinque,
 Spiritus vini a corticibus, post triduanam digestionem abstracti, optimi & fortissimi, libram vnam,

Digerantur, donec spiritus omnem essentiam extraxerit, & saturate illa tinctus fuerit, quae tum filtretur & seruetur.

ESSENTIA BALSAMI PERUVIANI.

- R. Balsami peruiani optimi, vnciam semis,
 Salis tartari ficcissimi, drachmam semis, cum spiritus vini gallici optime dephlegmati vnciis duabus lege artis dies aliquot loco tepido digere: Essentiam extractam per bibulam cola, ac serua.

ESSENTIA CARMINATIVA.

- R. Radicis Calami aromatici,
 Zedoariae,
 Galangae minoris,
 Pomorum Aurantium viridium,
 Florum Chamomillae romanae, ana vncias duas,
 Seminis Anisi stellati, vnciam vnam semis,

Semi-

E S.

Seminis Cardamomi, minoris
drachmas sex,

Mixtis concisis & contusis affunde

Aquae menthae vinosae, vncias
sedecim,

Digerantur per triduum, exprime, filtra
& serua ad usum.

ESSENTIA CASTOREI.

R. Castorei a cute ac pinguedine se-
parati & minutissime concisi,
vncias duas,

Spiritus vini rectificatissimi, vn-
cias duodecim,

Stent in digestionem octiduum circiter,
donec Essentia saturato colore tincta appa-
reat, quæ per bibulam a residuo separetur
& seruetur.

ESSENTIA CENTAUREI
MINORIS.

Fit instar aliarum essentiarum simpli-
cium artis lege cum spiritu vini optime re-
tificato.

ESSENTIA CHACARILLAE
CORTICUM.

Fit aliarum essentiarum simplicium mo-
do cum spiritu vini rectificatissimo e corti-
cibus puluerisaris extrahendo.

ESSENTIA CHINÆ CHINÆ.

R. Corticum chinæ chinæ optimæ
notæ puluerisatorum, vnciam
vnam,

E S.

Spiritus vini tartarifati, vncias
quinque.

Digerantur octiduum, postea expressa fil-
tro depurentur & seruentur.

ESSENTIA CINNAMOMI.

R. Cinnamomi acutissimi contusi,
vncias duas,

Spiritus vini rectificati, vncias
octo.

Stent in digestionem octiduum circiter, tum
essentia extracta per emporeticam filtrata
seruetur.

ESSENTIA CORTICUM
CITRI.

E flauedine corticum Citri recens abstra-
cta, & parumper siccata, ac scindendo
comminuta, cum spiritu vini a corticibus
Citri recentibus abstracto iusta proportione
digerendo, paratur ad instar Essentia corti-
cium aurantiorum.

ESSENTIA CROCI.

R. Croci orientalis aut austriaci op-
timi, vnciam vnam,
Spiritus vini rectificatissimi, vn-
cias sex,

In phiala longi colli optime obturata
balneo maris digere biduum, tum spiritum,
essentia & tinctura imprægnatum, deple,
filtra & serua.

ESSENTIA FULIGINIS.

R. Cinerum clauellatorum, libram
semis,

solue

E S.

folue in

. Aquae pluuiæ, libris tribus.

Stet horam vnam alteramue, ac identidem agiterur, pro promptiori dissolutione: huic solutioni iniice

Salis ammoniaci, vncias sex,

Ac denuo agita, vt plene soluantur, tandem dissolutis omnibus, fuliginis a furno splendentis in puluerem redactæ vncias duas insperge, ac loco temperato per diem & noctem, agitando aliquoties, vitro probe clauso digere, per chartam emporeticam cola, ac in vase exacte obturato & munito serua.

ESSENTIA GENTIANÆ
RADICIS.

Ad instar aliarum essentiarum simplicium cum spiritu vini rectificatissimo paratur.

ESSENTIA GUMMI AMMONIACI,

Vid. TINCTURA.

ESSENTIA IALAPPÆ.

R. Pulueris radicum ialappæ, vnciam vnam semis,

Flauedinis corticum citri recentis vnciam semis,

Cinnamomi acuti, drachmam vnam semis,

Spiritus vini rectificati, vncias sex.

Stent in digestionem vase bene clauso ad extractionem vsque essentia omnis, tum exprimantur & filtrentur.

E S.

ESSENTIA LIGNI GUAIACI.

R. Rasuræ subtilis ligni sancti, vncias duas,

Spiritus vini rectificatissimi vncias octo.

Digere octiduum vase optime clauso, tum menstruum decanta, ac per emporeticam traice.

ESSENTIA LIGNORUM.

R. Rasuræ Ligni sancti, vncias tres, Santali rubri, vnciam vnam,

Saffafras,

Juniperi ana, vncias duas,

Rhodii, vnciam semis.

Strobulorum pini, vncias duas,

Spiritus vini rectificati libras tres, cum semisse.

Stent in digestionem vase optime clauso octiduum, postea expressa essentia per bibulam coletur.

ESSENTIA MASTICHES.

R. Granorum Mastiches electæ pulverifatorum, vnciam vnam,

Spiritus vini optimi & rectificatissimi, vncias tres,

Digerantur quatrimum, postea filtrentur.

ES-

E.S.

ESSENTIA MILLEFOLII.

Perinde vt reliquæ Essentiæ simplices spiritu vini rectificato extrahitur lege artis.

ESSENTIA MYRRHÆ.

R. Myrrhæ subtilissime trita, vncias quatuor,
Spiritus vini rectificati, vncias octodecim,

Stent infusa calore moderato, donec spiritus probe tingatur, qui decantetur & filtretur.

ESSENTIA PIMPINELLÆ ALBÆ.

Spiritu vini optime rectificato, aliarum Essentiarum instar paratur.

ESSENTIA PINI.

R. Strobulorum pini viridium, vel turionum, quantum vis.

Spiritus ex eiusmodi strobulis iunioribus per fermentationem parati & optime ab iisdem rectificati, aut saltem Vini ab iisdem abstracti, quantum requiritur ad digitorum trium eminentiam.

Stent in digestionem calore moderato, donec essentia tincta extrahatur, quæ post factam expressionem per bibulam coletur.

ESSENTIA STOMACHICA.

R. Radicum Calami aromatici,
Galangæ minoris,
Ireos florentinae,
Zedoariae,
Zinziberis albi,

E.S.

Cardamomi minoris,
Cubeborum, ana drachmam vnam,
Aurantiorum pomorum viridium,
Cinnamomi, ana drachmas duas,
Flavedinis corticum citri, drachmas tres.

Incisa & contusa crasse, infunde in Spiritus vini rectificati optimi quantitate convenienti, stent in digestionem vase optime obturato triduum, tum per bibulam transcoletur.

ESSENTIA SUCCINI SINE SALE.

R. Succini electi albi, vel flavi in puluerem subtilem redacti, vncias duas, quibus affundantur spiritus vini rectificatissimi, vnciam decem, digerantur loco tepido vase optime clauso octiduum, tum essentia extracta filtretur.

Nota. Si Succinum Alcali admixto, aut liquore quodam alcalino prius reseratum extractioni commiseris, felicius succedet opus, & tunc erit

ESSENTIA SUCCINI CUM SALE PARATA.

ESSENTIA SUCCINI BALSAMICA.

R. Succini citrini bene puluerisati, vncias duas,
Liquoris anodini mineralis, vncias septem,

Digerantur in vase optime clauso, lenissimo calore, atque post sufficientem extractionem

F

tio-

ES.

tionem, clarum a spisso per inclinationem vasis decantetur, & in vitro bene obturato feruetur.

ESSENTIA TRIFOLII
FIBRINI.

R. Foliorum trifolii palustris five fibrini, modice & recens ficcatorum, minutim concisorum, vncias tres,

Spiritus ex iisdem per fermentationem parati & rectificati, aut spiritus tantum eiusdem abstractitii, vncias decem.

Post debitam digestionem & extractionem exprimantur & filtrentur.

ESSENTIA VALERIANAE
COMPOSITA.

R. Radicis Valerianæ,
Serpentariæ virginianæ,
ana vnciam vnam,
Camphoræ, drachmam vnam,
Spiritus vini rectificati, vncias octo.

Digere, filtra & serua.

ESSENTIA VULNERARIA, feu
BALSAMUS VULNERARIUS
STAHLII.

R. Essentiæ Succini sine sale, vncias duas,
Myrrhæ, vnciam vnam,
Spiritus Terebinthinæ optimi, vnciam semis,

Misce, digere loco calido.

EX.

EXTRACTUM ABSYNTHII.

R. Summitatum Absynthii in vmbra ficcatarum, libram vnam,
Concisæ & conquassatæ infundantur in vase vitreo aquae fontanæ destillatæ, libris quatuor.

Digerantur octiduum in loco calido, liquor inde fortissime expressus & colatus, cucurbita alembico & recipiente munita, vel in balneo maris, coquatur igne lento ad consistentiam extracti iustam.

Nota. In genere circa extracta notandum, ne calore nimio inspissentur, euaporatio potius in balneo Mariæ vel alio, istum caloris, gradum non superante, & quidem vel in vase vitreo, vel terreo vitreato, vel etiam stanneo, sed satis capacibus & amplis instituenda. Simili modo, vt absynthii extractum, parantur

Extractum Arnicæ herbæ & florum,
Cardui benedicti,
Centaurei minoris,
Chamomillæ,
Cochleariæ,
Enulæ,
Liliorum conuallium,
Marrubii,
Millefolii,
Rhabbarbari,
Scordii,
Tanacetii,
Trifolii fibrini.

EX-

EX.

EXTRACTUM ACETO-
SELLEAE.

R. Herbae recentis Acetosellæ, libram
vnam,

In mortario vitreo vel ferreo contundatur, dein sacculo linteo immittatur & sub prælo succus omnis exprimatur, post facculus iste cum residuo coquatur in Aqua fontana, & decoctum hoc cum succo expresso misceatur, filtretur per manicam Hippocratis, & tandem in vase vitreo, vel terreo vitreato leni igne, & sub perpetua agitatione ad Extracti consistentiam coquatur. Secundum hanc normam etiam ex herbis & floribus recentibus parantur.

Extractum Chaerefolii,
Cicutæ,
Daturæ,
Fumariæ,
Hyosciami,
Stramonii,
Taraxaci,
Veronicae.

EXTRACTUM AGARICI.

R. Agarici optimæ notæ contusi, vncias quatuor,

Affunde spiritus vini optimi ad eminentiam trium digitorum, stent in digestionem quatrimum.

Postea decantetur & leuiter exprimatur; colatura per emporeticam facta, in balneo maris abstrahendo vini spiritum, beneficio cucurbitæ alembico munitæ, ad Extracti consistentiam redigatur.

EX.

EXTRACTUM ALOËS
AQUOSUM.

R. Aloës succotrinæ, vncias sex, redige in puluerem, ac in matraccio seu cucurbita vitrea affunde Aquae Cardui Benedicti ad eminentiam quatuor vel quinque digitorum; cucurbitam aut matracciam exacte subere, ac cera hispanica claude, atque in balneum Maris, fere bulliens, positam, duos vel tres dies digere ac soluetur aloë, & aqua Rubini colorem induet, quam decanta, aliamque sed minori quantitate affunde, vt prius digere, atque tinctam priori adde, idque toties continua, donec non amplius tingatur aqua, quas omnes confusas destilla leni igne, & exhala ad mellaginem spissam.

EXTRACTUM ANGELICAE.

R. Angelicæ radicum, vncias quatuor; crassiuscule contusæ infundantur in spiritus vini tartarisati libra vna, stent per quatrimum in loco calido, donec extracta sit radicum virtus, extractam deple, & exprime. Residuo aquam communem affunde, atque aliquantisper coque, tandem exprime, per emporeticam depura, atque priori extractioni spiritu vini factæ adiunge, per emporeticam cola, atque in cucurbita coquendo ad spissitudinem extracti exhala.

Simili modo ex omnibus fere radicibus extracta parantur, & quidem sequentium magis in vsum venientium.

EX.

Extractum Aristolochiae,
Calami aromatici,
Corticis peruviani gum-
meo-resinosum,
Gentianae,
Pimpinellæ,
Pini,
Valerianae,
Zedoariae.

EXTRACTUM ANTHELMIN-
TICUM.

R. Seminis Santonici,
Summitatum Absynthii, ana ses-
quivnciam,
Vitrioli martis ad albedinem cal-
cinati, drachmam vnam,
Agarici, vnciam semis,
Seminis Dauci sylvestris,
Herbæ Tanacetii, ana vnciam vnam,

Concisus contusus grosso modo affunda-
tur Spiritus vini rectificatus quantitate suf-
ficienti, & facta digestionem filtratur Tinctu-
ra, quæ dein euaporando inspissetur ad Ex-
tracti formam.

EXTRACTUM CASTOREI.

Ex Essentia eius supra edocta, Spiritum
vini per alembicum, leni igne auocando,
ac in Extracti consistentiam exhalando fiat.
Spiritus inde resultans in futurum pro pa-
randa rursus essentia seruari, aut medica-
mentis hysteris vtiliter iungi potest.

EXTRACTUM CATHOLICUM.

R. Aloës succotrinae purissimæ, vn-
ciam vnam,

EX.

Agarici optimæ notæ,
Radicum Hellebori nigri,
Jalappæ,
Scammonii electi, ana vnciam
semis,
Pulpæ Colocynthidis, drachmas
sex.

In puluerem redacta infundantur in Spi-
ritus vini tartarificati, quantitate sufficienti,
ad eminentiam quatuor digitorum, ac di-
gerantur triduum, dein cum aliquali ex-
pressionem per bibulam colata, balnei calore
exhalentur, ad mellis spissioris consistentiam,
cui adde

Pollinis Sacchari albissimi, vnciam
vnam, irrorati cura,
Olei destillati Cinnamomi,
Caryophyllorum, ana
guttis sex,
Anisi, guttis decem,

Et exacte misce.

EXTRACTUM COLOCYN-
THIDIS.

Ex sola pulpa a granis omnibus vendi-
cata, coquendo fit aqua communi, & de-
coctionem postea colatam, expressam &
filtratam, addito sub finem pauxillo Spi-
ritus vini optimi ad Extracti spissam consi-
stentiam euaporando.

EXTRACTUM CORTICIS CAS-
CARILLÆ AQUOSUM.

R. Pulueris corticis Cascarillæ, libram
vnam.

In-

EX.

Infunde cum aqua fontana bullienti in vase terreo vitreato, digeratur per Nycthemeron, dein decanta fluidum & residuum per linteum exprime, expressum filtra, & cum Decocto misce, quod leni caloris gradu, ad debitam Extracti consistentiam inspissandum.

EXTRACTUM CORTICIS PERUVIANI AQUOSUM.

Simili modo paratur. Si vero intendis mere subtilissimum gummosum principium extrahere, pulvis corticis huius cum aqua fontana frigida in lagena vitrea infunditur, & saepius quassatur, idque per aliquot dies saepius iteratur, tum omnis Tinctura grati flavi, aurei quasi coloris filtratur, & in balneo Mariæ euaporatur: Sic habebis *Extractum corticis peruiani gummosum, cum aqua frigida paratum.*

EXTRACTUM CROCI.

R. Croci orientalis optimi, uncias duas, Spiritus vini rectificatissimi, quantum satis ad eminentiam digitorum duorum, digere loco tepido, vase optime clauso, per biduum; spiritum tinctum deple, alium affunde, digere, idque continua, donec omnis essentia extracta, quas omnes confunde, ac spiritum in balneo leni calore abstrahe, ad Extracti consistentiam.

Aut si mauis, sola aqua communi omnem Croco essentiam elue, quam postea exhalando inspissa in extractum, quod nonnullis, forte non iniuria, precedenti præfertur.

EX.

EXTRACTUM seu MELLAGO GRAMINIS RADICIS.

R. Radicis Graminis recentissimæ & minutim concisæ, quantum vis.

Exprimatur omnis succus fortissime, residuum cum aqua fontana pauca coquatur; Decoctum filtratum cum succo expresso misceatur & in balneo Mariæ ad Mellaginem inspissetur.

EXTRACTUM HELLEBORI NIGRI.

R. Fibrarum Hellebori nigri teneriorum, reiectis partibus lignosis, libram vnam,

Scindendo comminuantur & affundantur Aquæ simplicis limpidissimæ, librae tres,

Spiritus vini, unciaë quatuor, Salis tartari, uncia semis.

Macerentur in balneo Maris ad sufficientem virium extractionem, tum liquor extractus depleatur, & ad Extracti spissitudinem exhaletur.

EXTRACTUM LIGNI GUAIACI.

R. Rasuræ ligni guaiaci, quantum vis.

Coque in aqua communi ad medietatem, decoctum expressum & clarificatum inspissando in Extractum redige.

EX.

EXTRACTUM MARTIS.

R. Limaturæ martis purissimæ, vncias quatuor,

Superinfunde in vase vitreo

Aceti vini, vncias duodecim,

Digere per tres dies, filtra & residuo iterum adde

Aceti vini, vncias duodecim.

Sic digerendo, colando & de nouo Acetum ad residuum addendo, progredere vsque ad perfectam Limaturæ solutionem. Dein singulas solutiones misce & coque in vase ferreo, sub perpetua cum spatula agitatione, & lento igne, vsque ad Mellis consistentiam.

EXTRACTUM MYRRHÆ.

R. Myrrhæ rubræ electæ puluerisatæ, vncias tres,

affunde

Aquæ fontanæ bullientis, vncias duodecim.

Digerantur per biduum, tunc liquor filtratur & lenissimo igne ad Mellaginem vsque euaporetur.

EXTRACTUM NUCUM JUGLANDIS.

Nuces Juglandis nondum maturæ circa finem mensis Julii collectæ, cum sufficiente quantitate aquæ destillatæ misceantur, & in vase ligneo cum pistillo itidem ligneo bene contendantur; post omnis succus exprimitur, & in balneo arenæ leni calore sub continua agitatione ad debitam Extracti consistentiam inspissetur.

EX.

EXTRACTUM OPII.

R. Opii thebaici optimi, quantum vis,

In frustula minutissima scissum, aqua communi fluuiali feruida solue, solutum deple, & per emporeticam filtra, filtratum illud calore moderato balnei maris ad Extracti consistentiam inspissa.

EXTRACTUM PANCHYMA-GOGUM.

R. Agarici optimæ notæ, recens trochiscati,

Diagrydii,

Jalappæ,

Rhabarbari electi,

Turbith albi, & gummofi,

Seminis Carthami decorticati, ana vnciam semis,

Fibrarum radicum hellebori nigri, Foliorum Sennæ, a stipitibus mundatorum, ana vnciam vnam,

Pulpæ Colocyntidis veteris, ab arillis & granis purgatæ, drachmas sex,

Cinnamomi electi & acuti, drachmam vnam,

Cardamomi,

Caryophyllorum, ana drachmam semis,

Croci.

Spicæ indicæ,

Ligni aloës, ana scrupulum vnum, Mastiches, drachmam semis.

Contusa omnia crassiuscule infundantur
in

Fridericus

EX.

in Spiritus vini rectificati, quantum sufficit ad eminentiam trium digitorum, stent loco calido in digestionem, singulis diebus movendo, dies quatuordecim, facta cum expressione colatura, residuo affunde:

Aquae communis,

(impraegnatae Salis tartari purissimi, drachmis sex) quantum satis, digere biduum igne feruente balnei, tum exprime & per bibulam cola, solutionem vtramque misce, & lenissimo igne balnei maris, in cucurbita alembico munita Spiritum vini primum, suis vlibus aptum, evoca, postea vase aperto ulterius ex arte ad debitam Extracti consistentiam evapora.

EXTRACTUM QUASSIÆ.

Simili modo paratur quam

EXTRACTUM LIGNI
GUAJACI.EXTRACTUM SALICIS
FRAGILIS CORTICIS,

Eodem modo paratur vti

EXTRACTUM CASCA-
RILLÆ.

EXTRACTUM SATURNI

Est Acetum Lithargyrii concentratum, vel ad consistentiam tenuioris mellis lenissimo igne evaporatum.

FLORES BENZOËS GUMMI.

R. Gummi benzoës subtilissime triti, quantum vis.

Misce arenæ purissimæ, lotæ & rursus siccata duplo, inde cacabo terreo vi-

FL.

trato rotundo, cui pyramidem chartaceam, duplicatam ita impone, vt orificium cacabi illa exacte tegatur, ac igne moderato carbonum subministrato, sublimabuntur flores, charta coherentes, sæpius, ne relabantur, eximendi, donec omnes sublimati fuerint.

Est & alius per distillationem parandi modus, quo maiores & elegantiores acquiruntur flores, quem qui sequi voluerit, consulat Schroederi Pharmacopœam. Parte 4. Classe 2. Tit. 377. Pag. 217.

FLORES SALIS AMMONIACI
MARTIALES.

R. Limaturæ martis subtilissimæ, vnciam vnam,
Salis ammoniaci purissimi, libram vnam.

In puluerem redacta & optime mixta ac aliquamdiu loco calido digesta, e cucurbita vitrea igne arenæ gradatim aucto, tandem satis intenso sublimantur. Flores superiores ac leuiores caute collecti præter alios vsus Essentiæ martiali parandæ cedunt. Inferiores in fundo cucurbitæ residui per deliquium in cella soluendi, liquori martiali suo loco tradendo inseruiunt.

FLORES SULPHURIS.

R. Sulphuris puluerisati, quantum vis, Arenæ lotæ & rursus exsiccata, aut salis decrepitati tantundem, misce ac e cucurbita plani fundi proportionata, igne arenæ conuenienti sublima; initio

FL.

tio capitellum impone rostratum, ad excipiendum ac remouendum parum liquoris acidi, quod, si magna sulphuris copia sublimanda, primo exstillare solet. Hoc deficiente, muta alembicum & aliud rostratum ac caecum impone, aut rostrum saltim arte obtura, ad arcendum aëris accessum. Quo floribus aliquatenus repleto, alium priori exacte respondentem, qui hunc in finem in proutu sit, remoto priori impone subito, (ne irruente in cucurbitam aëre, sulphur feruens flammam concipiat) ac flores in priori collectos caute exime, quo altero quoque floribus impleto, hunc rursus imponere queas, sicque continua iusto ignis gradu, donec omnes adscendant flores, quos sollicito collectos serua.

FLORES ZINCI.

R. Zinci, in frustula tenuia comminuti, quantum volueris.

Committe in crucibulum amplum & altum, medios inter carbones reponendum. Ignem vrge donec fluat Semi-metallum, ac tandem erumpat in flammam ex caruleo viridem. Tum crucibulum contege, vel cochleari ferreo, vel alio crucibulo inuerso, vt colligantur Flores albi & leuissimi, floccorum niuis ad instar. Nisi enim retineantur, totum dissipabitur & auolabit Zincum, & totius laboratorii spatium lanugine quadam, per aëra volitante, obnubilabit; unde Flores illi non inepto nomine vocantur a Chymicis *Nihil album*, ab aliis *Lana philosophica*.

GA.

GALBANETUM PARACELSI.

R. Gummi Galbani, libram vnam,
Hederae, vncias tres,
Olei Terebinthinæ, libram semis,
Laurini,
Spicæ, ana vnciam vnam,

Digerantur simul per vnum alterumue diem, dein retorta destilletur Liqueor.

GLOBULI MARTIALES

Gallis BOULES D'ACIER.

R. Limaturæ ferri præparatæ, partem vnam,
Tartari albi puluerisati, partes duas.

Misce in cucurbita, affunde Spiritum vini ad eminentiam digiti, radiis solaribus vel balneo maris digere, & evapora ad siccitatem. Massæ exsiccatæ & puluerisatæ iterum Spiritum vini affunde, digere ut supra, idque toties repete, donec massa exsiccata quasi resinosa appareat. Ex hac massa Globuli formentur, ad oui magnitudinem.

GLYCYRRHIZA TORTILIS.

Vid. PASTA.

HEPAR ANTIMONII.

Eius conficiendi methodus supra in Croci metallorum præparatione simul indicata est.

JULAPIUM ROSATUM ET VIOLARUM.

Parantur simplici solutione super igne moderato Sacchari albissimi, libræ vnus cum

K E.

cum semisse, in aqua illorum florum fragrantissima, libra vna.

KERMES MINERALIS.

R. Antimonii in puluerem grossum redacti, libram vnā,

Cinerum elatellatorum bene depuratorum, vncias decem,
Aqua fontana destillata, libras quinque.

Coquantur per bihorium, & liquor feruens filtratur, vas dein reponatur, vsque dum mora & quiete sua puluis sponte precipitetur, tum fluidum omne decantetur, & precipitatum saepius lotum siccat. Liquor decantatus massae priori reasfundatur, quoties simili labore talis adhuc puluis obtineri potest.

LAC SULPHURIS.

R. Florum Sulphuris, vncias tres,
Salis Sodae depurati, vncias nouem,

Cum aqua pluuiali seu destillata in vase vitreato tam diu coquantur, vsque dum plurimum sulphuris solutum fuerit: Tum filtra & solutioni calidae tantum aceti destillati instilletur, quantum ad omnem precipitationem pulueris necesse est. Precipitatum aqua destillata saepius edulcoretur, & siccat.

LAPIS DIUINUS, seu OPHTHALMICUS.

R. Vitrioli cyprini,
Nitri depurati,
Aluminis, ana vncias tres.

L A.

Bene puluerisata leni igne vase vitreo liquecant, liquefactis admisce

Camphorae, drachmam vnā semis.

Massa refrigerata vsui seruetur.

LAPIS INFERNALIS ALCALINUS siue CAUSTICUM POTENTIALE.

R. Salis alcali,
Calcis viuae, ana quantum placet.

Contusa inuicem indantur crucibulo & sedulo calcinentur: Extractum inde cum aqua communi lixiuium euaporetur ad massam siccam, quae in vitro bene obturato ab omni accessu aeris tuendo asseruetur.

LAPIS INFERNALIS LUNARIS seu CAUSTICUM LUNARE.

R. Argenti cupellati in laminis, partem vnā,
Aqua fortis, partes duas, vel quantum sufficit.

Solutio lunae leni calore absoluta caute ad siccitatem euaporet. Haec massa sicca in crucibulo satis capaci & amplo igne sensim aucto, olei instar liquecat, tum in modulos ferreos aptos ante calefactos & sebo illinitos effundatur. Qui bacilli ficci in vitro optime clauso ab aeris accessu custodiendi.

LAPIS MEDICAMENTOSUS CROLLII.

R. Vitrioli viridis, libram vnā,
albi, libram semis,

G

Alu-

L A.

Aluminis crudi, libram vnam semis,

Salis anatron, seu Fellis vitri,
communis,
Tartari ana vncias tres.

In olla vitreata satis capaci pulverisatā omnia ac affuso aceti vini, quantum sufficit, humectata coque igne carbonum moderato, sæpius agitando, cum spissescere incipit, adde optime trita

Ceruffæ, libram semis,
Boli Armenæ, vncias quatuor,

Subigantur diligentissime & misceantur exacte, donec exhalante liquore omni, in lapidis duritiem concreuerint, qui fracta olla eximendus & vsui asseruandus.

LAPIS PRUNELLÆ seu NITRUM TABULATUM.

R. Nitri optime depurati, quantum vis.

Liqua in crucibulo, liquato iniice Florum sulphuris, aut Sulphuris saltim flauis purissimi frustulatim, successiue pauillum, donec ad vnciam vnam Nitri, drachma circiter semis deflagrauerit, tum in rotulas effunde parumper refrigeratum.

Si quas inter deflagrandum impuritates contraxerit, solui poterit aqua quacunque vel pluuia destillata, vel rosarum, quod præstat, ac rursus secundum artem crySTALLIFARI, aut in rotulas liquatum effundi.

L A.

LAUDANUM LIQUIDUM SYDENHAM.

R. Opii thebaici depurati, & rursus siccati, vncias duas,
Crocii orientalis optimi, vnciam vnam,

Pulueris Cinnamomi acuti,
Caryophyllorum, ana drachmam vnam,
Vini hispanici optimi, libram vnam.

Infunde ac balneo Maris triduum digere, donec opium sit solutum, & reliquorum virtus extracta, tum demum leui expressione cola ac serua, quod & aliis

ELIXIR BALSAMICUM, audit

LAUDANUM VRINARIUM.

R. Succu liquiritiæ in aqua Cerasorum soluti, vnciam vnam semis,
Camphoræ, drachmam vnam,
Crocii, scrupulos quatuor,
Baccarum Alkekengi, vnciam semis,
Gummi Tragacanthi,
Mastiches, ana drachmam vnam semis,
Laudani opiatu, drachmas duas.

Misce fiat massa, ex qua formentur pilulæ, pro re nata idoneæ.

A quibusdam D. Michaelis attributz, pro summo secreto habentur, de quibus tamen in scriptis eius editis alium silentium.

LI-

*Opj 3ij
Crocii 3j
Cinnamoni
Caryophyllis ana
Vini Malacensis
Infunde & digere*

LI.

LIQUAMEN MYRRHÆ.

Vide LIQUOR.

LIQUOR ANODYNUS MINERALIS. Vid. SPIRITUS VI-
TRIOLI DULCIS.LIQUOR CORNU CERVI
SUCCINATUS.R. Salis Succini bene depurati, vn-
ciam vnam,Spiritus Cornu Cerui, ob omni oleo
empyreumatico, rectificatione
liberati, quantum sufficit ad
saturationem.Postea per chartam bibulam filtratus li-
quor feruetur.*Nota. Non possumus, quin hic loci Phar-
macopæos adhortemur, ne quemuis
venalem Cornu Cerui spiritum emant,
sed istum ipsimet destillent, & certe
etiam persuasi sint, Sal succini verum
& optimum esse.*LIQUOR, seu LIQUAMEN
MYRRHÆ.R. Oua gallinæ ad duritiem cocta, testis
externis purgatis, secundum longitu-
dinem per medium dissecantur, &
reiecto vitello cavitatis pulvere Myrrhæ
impleantur; hoc factò & albumini-
bus filo munitis in loco humido vel
Cella suspendantur, sic Myrrha in de-
liquium abit, qui liquor excipiendus:
sed ad vsum non asseruandus, quia si-
tum contrahit.

LI.

LIQUOR PROBATORIUS.

R. Auripigmenti, vnciam vnam,
Calcis vitæ recentis, vncias duas,
Pulverisata coquantur cum aquæ q. s. in
vase figulino, octava parte horæ, vt vnciz
duæ liquidi filtrandi possint decantari.LIQUOR TERRÆ FOLIATÆ
TARTARI.Arcanum Tartari, seu Terra foliata Tar-
tari (suo loco descripta) quando cellæ vel
aëri humido exponitur, deliquescit, & in li-
quorem salis mutatur & a fæcibus pure
decantatus vsui seruetur. Quia verò Me-
dicamentum hocce satis efficax ita carum
est, vt pro pauperibus præscribi nequeat,
vilius iam eiusdem efficaciz remedium se-
quens subministrare consultius ducimus.LIQUOR TERRÆ FOLIATÆ
TARTARI PRO PAUPE-
RIBUS.R. Cinerum clauellatorum depura-
torum, vncias duas,
Aceti fortissimi, quantum satis ad
saturationem.Liquor bene saturatus euaporetur leniter
ad vnius libræ circiter remanentiam.

MAGNESIA SALIS AMARI.

R. Salis Sedlicensis, libram vnam,
solue inAquæ fluuiialis calidæ, libris se-
decim.Solutio filtratur, liquori filtrato calido
instilla sub continua agitatione cum spatula
lignea

Solutionis Salis tartari,

G 2

tan-

M.A.

tantum, quantum ad omnem præcipitationem, necesse est.

Tunc quiete stent tam diu, vsque dum omne præcipitatum resideat. Tum liquor clarus limpidus supernatans omnis decantetur; magnesia vero sæpius & tam diu aqua destillata abluatur, donec omnis sapor tantummodo falsus cessat: Tandem præcipitatum edulcoratum successivè lenissime sicca, & in vase bene obturato ad usum serua.

MASSA PRO FORNACE
COMMUNIS.

R. Corticum Thymiamatis,
Gummi Benzoës,
Storacis calamitæ,
Olibani, ana vnciam vnam,
Ladani, vncias quatuor,
Ligni Aloës,
Rhodii,
Mastiches, ana vnciam semis,
Florum Lauendulæ, drachmas duas,
Sacchari albi, vnciam vnam,
Storacis liquidæ,
Cera nouæ,
Terebinthinæ claræ, ana vncias duas
Gummi Tragacanthi in sufficienti
quantitate aquæ rosarum fra-
grantissimæ solutæ, vnciam
vnam, aut quantum sufficit.

Misce fiat, lege artis Massa & inde bacilli pro lubitu.

MEL ROSATUM.

R. Foliorum recentium Rosarum rubrarum, aut incarnatarum, libras sex,

M.E.

Conquassatis affunde aqua calida libras totidem, stent diem & noctem in maceratione. Colatura expressæ adde Mellis optimi & purissimi tantundem, coquantur ex arte ad consilientiam, melle paulo liquidiozem.

MERCURIUS DULCIS.

R. Mercurii sublimati corrosiui, infra docendi, vncias quatuor,
Mercurii vivi optimi purgati, vncias tres cum semisse.

In mortario marinoreo, aut pro quantitatis ratione in vase fictili valido, plani fundi & capaci pistillo ligneo sollicite terendo, donec Mercurii viui nil vsquam appareat, tum e cucurbita vitrea inferne partem, uti artis est, igne conuenienti, aut aperto, aut arena in cupella ferrea, sublima, tunc in fundo resistentes, vt & materiam nigrescentem in collo altius sublimatam, vitrum a collo ferreo caute frangendo, aufer. Mercurium sic sublimatum denuo, addita & exacte, vt prius, mixta Mercurii crudi diligenter purgati medietate, si vis; aut per se quoque sublima; sublimatumque sequestratis sequestrandis, pro Mercurio sufficienter edulcorato serua: Sæpius enim repetitæ sublimationes eius vires non augent, sed minuunt. Cognoscitur autem perfecta dulcificatio, instillando Aquam Calcis viuæ saturatam, unde corrosiua portio stanscit, dulcificata nigrescit.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS
ALBUS.

R. Mercurii viui optime purgati, quantum placet, solue Aqua forti communi, solutum aqua salis, sale abunde im-
præ-

ME.

prægnata, præcipita, ac aqua simplici (si vis calida, pro paranda D. Mayerne Manna Mercurii) sæpissime affusa, a sale rursus libera & edulcora, tum super charta bibula, Cretæ super imposita in trochiscos efforma, quos optime siccatos in vitro sollicite tecto serua.

MERCURIUS PRAECIPITATUS CITRINUS seu FLAVUS.

Vid. TURPETHUM MINERALE.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS

RUBER.

R. Mercurii vini debite purgati, quantum lubet, affunde quantum soluendo par est) Nitri & Vitrioli ad ruborem calcinati, ana. & vna parte Aluminis cupi destillati (si communem præcipitatum rubrum desideras, sin corallatum nobiliorem ac tutiorem loco Aqua illius fortis, spiritum Nitri solius optime rectificatum accipe) & solue. A soluto e retorta in balneo sicco, igne gradatim aucto, tandem, que vehementissimo, omnem aquam fortem aut spiritum auoca, refrigere, ac e retorta, exemta & trita materię, recentem aquam fortem aut spiritum nitri affunde, & rursus euoca, idque tertia vice repete, tandem ignem augendo, vt retorta omnis candeat. Tum cessa, puluerem rubicundum, fracta retorta exime, ac pro præcipitato rubro eleganti, (sed spiritu vini aliquoties prius edulcorando) serua.

ME.

MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIUS.

R. Mercurii crudi optime sale & aceto aut etiam vini spiritu loti & purgati,

Vitrioli ad rubedinem calcinati, Salis decrepitati, ana quantum cupis.

Misce omnia exacte in vase, ad id apto fictili, capaci ac plani fundi, identidem paucillum aceri sale imprægnati (a purgatione Mercurii restantis & per chartam emporeticam traiectione) inspergendo, id quod mixturam, alias tediosam, valde promouet; postmodum e cucurbita terrea loricata aperto igne, aut vitrea inferne probe lutata plani fundi, ex arena cupella ferrea immissa, igne caute & gradatim administrato sublima; Imposito initio alembico rostrato cum recipiente exiguo neglectim applicato, liquorem acetosum primo extillantem excipe, & irroranda posthac massa sublimanda magis, quam acetum prædictum sale prægnans idoneum, serua. Cum nihil huius amplius exhalat (id quod cultri polito lamina, orificio cucurbitæ identidem admota explorare poteris) orificium cucurbitæ quocumque modo obtura, auge tum ignem gradatim ad ignitionem vsque fundi cucurbitæ remissiorem seu obscure rubentem, sicque aliquot horas continua, donec omnis Mercurius salium spiritibus subtilissimis imprægnatus ascenderit, ac lateribus cucurbitæ paulo supra massam sublimandam adhaerit. Hunc a remanentibus in fundo facibus, atque altius euectis quasi fuliginibus caute sequestratum, si vis, maioris pur-

G 3

rita-

MI.

ritatis ergo, absque ulteriori additamento salium, sic fatis iam saturatum, denuo per se sublimare poteris.

MIXTURA SIMPLEX, seu SPIRITUS DE TRIBUS.

R. Spiritus Theriacalis camphorati, vncias quinque,
Tartari rectificati, vncias duas,
Vitrioli rectificati, vnciam vnam.

Digerantur triduum in phiola optime clausa.

MIXTURA TONICO-NERUINA STAHLII.

R. Tincturæ Antimonii regulinæ, partes duas,
Spiritus Cornu Cerui rectificati, partem vnam,

Misceantur.

MORSULI DE CITRO PRÆSERUATIUI.

R. Condituræ pulpæ Citri,
Corticum Citri,
Flauedinis Citri, ana vnciam vnam semis,
Flauedinis Citri recentis minutissime concisæ, drachmas septem,
Olei Citri destillati, guttas sex,
Succi Citri purissimi, quantum libuerit & suffecerit,

MO.

Sacchari canariensis in aqua Citri & Rosarum, ana quantum sufficit dissoluti, libram vnam.

Misce fiant secundum artem Morsuli.

MORSULI IMPERATORIS CUM FRUCTIBUS.

R. Conferuæ Rosarum damascenarum vnciam semis,
Specierum pro morsulis Imperatoris, infra reperiundarum, drachmas tres,
Specierum aromaticarum rosatarum, inter Species præscriptarum,
Cinnamomi acuti, ana drachmam vnam,
Amygdalarum dulcium, recens decorticatarum,
Pinearum enucleatarum,
Pistaciarum mundatorum, ana vnciam semis,
Sacchari albissimi, in aquæ rosarum, quantum sufficit, soluti, vncias octo.

Fiant secundum artem Morsuli.

MORSULI RESTAURANTES KUNCKELII.

R. Amygdalarum dulcium decorticatarum,
Pinearum recentium non rancidarum, ana vnciam semis,

Cin-

MO.

Cinnamomi acuti, drachmam
vnam,
Cardamomi minoris decorticati,
drachmam semis,
Antimonii hungarici crudi opti-
mæ notæ, in puluerem sub-
tilissimum triti, drachmas
tres cum semisse,
Sacchari candidissimi canariensis,
aqua Rosarum & Cinnamo-
mi ana soluti, vncias quatuor,
Fiant lege artis Morsuli, drachmam vnam
ponderantes.

MORSULI DE RHABAR-
BARO.

R. Cremoris tartari,
Pulueris rhabarbari optimi, ana
drachmas duas,
Flauedinis corticum Citri, recen-
ter e duobus aut tribus citri
pomis derasæ, drachmam semis,
Sacchari albi, in aqua rosarum so-
luti, vncias quatuor,
Misce & fiant, vt artis est, Morsuli.

MORSULI AD VERMES.

R. Pulueris radices Turbith gummo-
sæ, drachmam vnam,
Radices filicis, vnciam se-
mis,
Jalappæ,
Hellebori nigri,
Florum tanaceti,

NA.

Pulueris Seminis Dauici syluestris
Cinæ, ana drach-
mam vnam,
Amygdalarum dulcium recentium
decorticatarum & conci-
farum,
Condituræ corticis Citri, ana vn-
ciam vnam,
Cinnamomi acuti puluerisati
drachmam vnam,
Olei destillati de Cedro, guttas
viginti,
Sacchari albi in aqua rosarum &
florum naphæ soluti, vncias
octo.

Misce fiant lege artis Morsuli.

NAPHTHA NITRI.

R. Aquæ fortis concentratæ,
Spiritus Vini rectificatissimi ana
partes, ad mensuram, non
ad pondus, æquales.

Aqua fortis infundatur phialæ epistomio
vitreo munitæ; tum instilletur Spiritus pau-
latim, & caute ad marginem vasis, adeo
vt non inuicem commisceantur, sed Spiri-
tus supernatet. Relinquantur in loco fri-
gido per quatrimum. Sic sponte Naphtha
instar olei superne prodeas separabitur,
quæ aquæ superfusa & sic ab acido libe-
rata, in vase vitreo, obturaculo vitreo,
munito, seruetur.

NAPH-

N.A.

NAPHTHA VITRIOLI

R. Olei vitrioli glacialis,
Spiritus vini rectificatissimi, ana
libras tres,

Oleum caute ac paulatim instilletur Spiritui; facta per biduum digestionem, ex retorta leni igne destillentur primum uncia sex, quæ seorsim servatæ, ad parandum Liquorem anodynum mineralem inseruire possunt, loco Alcoholis. Tum recipiente iterum adaptato continuetur destillatio caute ac leni igne, ne ascendat massa, donec appareant striæ in recipiente & bullulæ in retorta. Destillatus liquor commisceatur cum dupla aquæ quantitate; sic separatur Naphtha, quæ aquæ superfusa ab acido liberata, servanda est, sicut Naphtha nitri. Si residuo in retorta dimidium additur Spiritus vini, & idem processus de novo instituitur, adhuc aliquid Naphthæ vitrioli obtineri poterit. Quod si Naphtha vitrioli sulphurei odoris transcendat, illa misceatur cum parte circiter decima Spiritus salis ammoniaci æquali cum alcali parati, agitur sæpius, donec empyrenia penitus fuerit sublata, quo facto ambo liquores a se inuicem lege artis separentur.

NITRUM ANTIMONIATUM.

Nitrum est a detonatione Antimonii per edulcorationem recuperatum & post colaturam per chartam emporeticam duplicem exactam exhalando coagulatum. Parandi modum supra vide sub titulo Antimonii diaphoretici. Vocatur alias communiter *Anodinum minerale*.

N.I.

NITRUM DEPURATUM.

Fit Nitrum commune, soluendo sæpius, filtrando & euaporando ad cuticulam, donec loco frigido in crystallos satis puras & nitidas concreseat.

NITRUM TABULATUM, Vid.
LAPIS PRUNELLÆ.OLEUM ABSYNTHII
COCTUM.

R. Summitatum Absynthii recentis
conquassatarum, libram vnam,
Olei oliuarum clari recentis, li-
bras tres.

Macerentur in sole aut loco aliquo calido triduum, deinde coquantur, donec prunis inspersum oleum non amplius frideat, tunc coletur & seruetur.

OLEUM AMYGDALARUM
DULCIUM.

R. Amygdalarum dulcium non rancidarum, quantum placet.

Minutissime contusas ac cilicio inclusas, prælo exprime, idque successiue, donec omne oleum fuerit expressum.

OLEUM ANETHI.

Eodem, quo oleum absynthii modo fit, e foliis & floribus anethi, ac oleo oliuarum destillato.

OLEUM CHAMOEMELINUM.

Ex floribus Chamomillæ recentibus & olei communi puro fit, ad instar olei Absynthii.

OLE-

OL

OLEUM DESTILLATUM
ABSINTHII.

R. Summitatum Absynthii cum semine maturitati proximo, quantum vis.

Conquassata macerentur aliquamdiu triduum forte vel quatrimum in aqua fontanae quantitate sufficiente, tum modico salis addito, destillentur per vesicam, ut artis est, & aqua innatans oleum aut separatorio aut gossypio separetur.

Eodem modo parantur OLEA sequentia,

ANETHI,
CEREFOLII,
HYSSOPI,
MAIORANAE,
MELISSAE,
MENTHAE,
MENTHAE PIPERITIDIS,
ORIGANI CRETICI,
PULEGII,
RORISMARINI,
RUTAE,
SABINAE,
SALUIAE,
SATUREIAE,
SERPILLI,
TANACETI,
THYMI.

OLEUM DESTILLATUM AN-
GELICÆ SEMINIS.

R. Seminis Angelicae conquassati, libram semis aut quantum vis,

OL

Infusio aqua fontanae, ac aliquantisper macerata, addito salis modico destilletur vesica cum refrigeratorio, & oleum ut moris, ab aqua separetur.

Quo modo & paratur

OLEUM DESTILLATUM ANISI,
CARUI,
CORIANDRI,
CUMINI,
FOENICULI,
IUNIPERI
BACCIS.

OLEUM ANIMALE DIPPELII.

R. Olei Cornu Cerui, libras duas;

Infundatur hocce Oleum ope infundibuli vitrei retortae vitreae purissimae, ita quidem, ne collum retortae ab Oleo isto crasso fetido inquinetur; tum recipiente applicato ac bene lutato committatur balneo arenae, & lenissimo igne destillentur circiter duae unciae: tum remoueatutur recipiens & alio nouo applicato & bene lutato iterum destillentur unciae octo, & sic destillatio finiatur. Haec octo unciae Olei Cornu Cerui ita rectificati, iterum eadem cautela retortae nouae purissimae infundantur, ne collum inquinetur, & additis Aquae fontanae libris duabus, & applicato recipiente bene lutato, de nouo lenissimo ignis gradu tam diu destillentur, vsque dum unciae sex transierint. Haec operatio bis, ter vel quater eodem modo reiterari potest, vsque dum Oleum Animale limpidissimum, aquae instar appareat, & omnis odor ingratus euanescat. Quod vsui seruetur. Melius tamen est, in lagenulis minimis drachmatum duarum circiter ex-

H

acte

O L.

acte obturatis istud Animale Oleum conferuare, quoniam lagenæ maiores quoties aperiuntur, toties accessu aëris color albissimus paululum flauescit, & tandem nigrescit.

OLEUM ASPHALTI.

- R. Asphalti veri purissimi puluerisati, libram vnam,
 Salis communis decrepitati, libram semis,
 Arenæ purissimæ, libram vnam & dimidiam.

Bene mixta immittantur retortæ vitreæ & igne successiue aucto omne Oleum in recipientem destilletur. Hocce Oleum per separatorium ab omni phlegmate bene separatum, vel sic seruetur, vel si RECTIFICATUM OLEUM ASPHALTI desideres, noua destillatione, & si placet, bis iterata, rectificatur.

OLEUM DESTILLATUM AURANTIORUM CORTICUM.

- R. Corticum exteriorum recentium Aurantiorum malorum non putridorum, quantum placet; incisi cum sufficienti aqua fontana absque fermentatione, e vesica destillentur, ac oleum, vt in reliquis aquæ innatans, lege artis separetur.

Eadem methodo &

OLEUM CORTICUM CITRI,

destillatione paratur.

OLEUM DESTILLATUM BETULINUM.

Italæ Balsamum Lithuanicum dictum.

O L.

Oleum est odoris empyreumatici paulo grauioris, ab Incolis Ducatus Lithuanici Clibanorum, e braçeis ferreis stanno obductis constructorum ope, e corticibus exterioribus albis, igne suppressionis per descensum extortum. Medicamentum Euporiston simul ac polychrestum, tam internis, quam externis vsibus, aptum.

Ventriculi imbecillitati, colicis atque aliis scorbuticis doloribus subueniens, lumbricis, vel vmbilico solum illitum, infensum, ad obauditiones, susurros & tinnitus aurium, odontalgiam, variosque alios adfectus efficax. Vulgo Germanorum, vt & Lithuanorum *Dage* audit.

Vulgi causa locum adhuc hic obtinuit.

OLEUM DESTILLATUM CORTICIS ET LIGNI SASSAFRAS.

- R. Corticis & ligni Sassafras, minutissime concisorum, libras quinque,
 Aquæ fluuiialis purissimæ, libras viginti quatuor vel triginta.

Macerentur in vase capaci per octiduum & diutius, post destillentur e vesica igne moderato, tum refrigeratis, oleum aquæ innatans separetur.

Eodem modo paratur quoque

OLEUM LIGNI JUNIPERI,
RHODII,

OLEUM DESTILLATUM CARYOPHILLORUM.

- R. Caryophyllorum aromaticorum, quantum placet.

Con-

OL.

Contusa crassiuscule affusa aquæ tepidæ sufficienti quantitate, addito etiam, si lubet, Salis pauxillo, stent in digestionem dies circiter quinque, postea e vesica destilla, & separatim solicite oleum serua.

Eadem methodo etiam obtinebis:

OLEUM DESTILLATUM CARDAMOMI,
CUBEBARUM,
MACIS,
NUCIS MOSCHATÆ,
PIPERIS.

OLEUM DESTILLATUM CERÆ.

R. Cerae flauæ, libram vnam.

Liquata cum arenæ bene lotæ & cribratæ duplo, vel libris duabus, immittatur retortæ ac destilletur igne moderato, successiue tamen paululum aucto. Sic post liquorem acidum prodit oleum crassum collo adhaerens, nisi prunis admotis incalescat. Per repetitas destillationes ex arena rectificatur.

OLEUM DESTILLATUM CHAMOMILLÆ ROMANÆ.

R. Florum Chamomillæ romanæ, in umbra ficcatorum, quantum placet.

Conquassatos aqua calida paululum macera, tum per vesicam igne conuenienti cum aqua oleum destillando elice, ac more solito separa.

OL.

Eadem encheiresi etiam fiunt: **MURIO**
OLEUM DESTILLATUM CHAMOMILLÆ
VULGARIS,
LAUENDULÆ,
MAIORANÆ,
MILLEFOLII E
FLORIBUS,
SPICÆ.

OLEUM DESTILLATUM CINNAMOMI.

R. Corticis Cinnamomi acutissimi contusi, libram vnam,
Salis communis, vncias duas,
Aquæ fluuiialis purissimæ, libras quinque vel sex.

In loco calido per quatuor vel quinque dies macerata, per retortam leni igne destillentur, & post quietem longam, trium fere hebdomadum, aquæ cauta decantatione oleum subsidens separetur.

OLEUM CORNU CERUI RECTIFICATUM.

R. Cornu Cerui frustulatim concisi, quantum lubet.

Impone retortæ terreae lutatæ, aut cucurbitæ ferreae alembico terreo devitreato munitæ, ac igne aperto, gradatim ad ignitionem vsque retortæ aut cucurbitæ, administrato, omnes cum phlegmate, sale volatili & oleo, spiritus euoca, quæ omnia rectificando cucurbita vitrea loricata & alembico vitreo ac commodo instructa, iuncturis optime lutatis, successiue separa & seorsim serua.

H 2

OLE-

OL.

OLEUM DESTILLATUM GUMMI AMMONIACI.

R. Gummi Ammoniaci purissimi & selecti, libram vnam,
Arenæ lotæ purissimæ, libram vnam semis,
Salis communis decrepitati, libram semis.

Retortæ vitreæ indita ex arena igne conuenienti moderato destillentur, sic liquor lacteus oleo iunctus primo exstillabit, seorsim recipiente mutato, excipiendus, & ex arte separandus, igne tum auctiori rubrum sequitur oleum, separatim rectificandum.

Eadem ratione paratur &

OLEUM DESTILLATUM MASTICHES,
MYRRHAE,
TACAMAHACAE.

OLEUM DESTILLATUM GUMMI GALBANI.

R. Gummi Galbani electi purissimi, libram vnam,
Aquæ fluuiialis purissimæ, libras tres vel quatuor.

Per retortam vitream, cum recipiente bene munito in balneo arenæ dimidia aquæ quantitas destilletur. Oleum essentiale secundum artem separetur, & vsui seruetur. Tum de nouo applicato recipiente reliqua aquæ quantitas leni igne destilletur, & apparebit primo, Oleum cœrulei & postea fusci coloris empyreumaticum, separatim seruanda.

OL.

OLEUM PETRAE, seu PETROLEUM.

Natiuum est partim ex India Orientalis Prouincia Sumatra ad nos delatum, partim in Italia e rupibus petrarum scaturiens, & in Sicilia aquæ innatans, huius quidem loci non est, nisi rectificatum retorta vitrea, e cupella igne moderato limpidissimum, relicta in fundo retortæ materia picea Colophonæ simili, vulneribus solidandis apta.

OLEUM DESTILLATUM PHILOSOPHORUM ALBUM.

Laterum frustra mediocriter candentia iniiciantur oleo oliuarum, vt olei, quantum possint, imbibant, horum quantum vis fac, ac eisdem retortæ terreæ probe loricata medietate impleta, igne aperto gradatim adhibito, oleum prius album prolixe, mox mutato recipiente, vbi flauescere incipit, sequens rubrum seorsim cape, ac in cineribus aut arena ex arte rectifica & habebis

OLEUM PHILOSOPHORUM RUBRUM.

OLEUM DESTILLATUM SUCCINI.

R. Succini electi crassiuscule contusi, aut fragmentorum potius vulgo venalium, libras duas, vel quantum placet.

Retortæ vitreæ inditum, ex arena, aut balneo sicco igne gradatim, initio moderate admodum & caute administrato destilla

OL.

tilla, ac primo phlegmatis parum seorsim excipe, illo paulatim cessante recipiens muta, & exacte iuncturam claude, ac spiritum subtilem album ac clarum phlegma subsequenter cape, tandem & hoc cessante ac separato, igne auctiori flauum & crassius vna cum sale volatili vitri lateribus & collo adhaerente, postea separando, cuius modum suo loco reperies, exstillans excipe, super capite mortuo calcinato aut cineribus mundis rectificandum.

OLEUM DESTILLATUM TARTARI FOETIDUM.

Vna cum spiritu destillatione prodit, ab illo, vt moris & artis est, separandum.

OLEUM TARTARI RECTIFICATUM.

Ex oleo praedicto foetido, magna aqua quantitate affusa, Maris balneo aut e vesica destillando separatur, vt artis alias est, ac denuo affusa fragrantis alicuius aquae portione e cucurbita vitrea rectificatum, a tetro illo odore aliquatenus liberatur.

OLEUM DESTILLATUM THEREBINTHINAE.

R. Therebinthinae depuratae, & clarificatae, quantum vis.

Vesica affusa aquae sufficienti quantitate, aut retortae etiam capaci arenae commixtum, igne leni, destilla, ac primo album, phlegmati acidulo sociatum, prodibit oleum, quod Spiritus vulgo dicitur, quodue seorsim accipiendum, succedentibus igne auc-

OL.

tiore guttis flauis, mutandum recipiens, ac flauum quoque separatim excipiendum, quod huius loci, donec, intenso magis adhuc igne, rubra gutta appareant, a prioribus quoque separanda ac rectificanda, quae Balsami nomine quibusdam veniunt. Si absque arenae additione e retorta destilletur tandem in Colophoniam transit.

OLEUM HYOSCIAMI E SEMINE EXPRESSUM.

R. Seminis Hyosciami optime contusi, & parumper tosti, quantum vis, inde cilicio valido ac torculari oleum exprime.

Nota. Qui maiorem huius olei copiam desiderat tostura supersedeat, eiusque loco semen pauillo aquae pluuiae, aut simplicis saltem irroratum leni calori exponat, quo a liquore adperso turgescat & incalescat, sicque torculari subiiciatur, vt artis est, ac duplum ad minimum olei efficaciae anodynii obtinebit.

OLEUM HYPERICI.

SIMPLEX, sola cum oleo communi, infusione iterata, florum cum semine maturescence conuassatorum, insolatione diuturna & colatura cum expressione paratur.

COMPOSITUM Dominorum Augustanorum, quod balsami vulnerarii vices sustinet, tale est:

R. Florum Hyperici cum seminibus iam maturescantibus confusorum, libras tres,

H 3

Olei

OL.

Olei defaecatissimi, libras duas,
Crocī, scrupulos quatuor.

Macera flores in oleo triduum, postea
ad consumptionem humiditatis coque, tan-
dem exprime & Colaturæ expressæ adde

Terebinthinae claræ, libras duas.

OLEUM LAURINUM.

E baccis Lauri recentibus expressum ad-
uehi solet, cuius tamen defectu, e baccis
lauri, quam haberi possunt, recentibus,
coctione cum aqua simplici, quantitate pro-
portionata affusa, sufficienti impetrari po-
test, aquæ cum expressione forti colatæ,
ubi refrigerata fuerit, innatans.

OLEUM LILIORUM AL-
BORUM.

R. Florum Liliorum alborum an-
theris reiectis, libram vnam,
Olei oliuarum clari, libras tres.

Insolentur octiduum, postea colentur
& exprimantur, iterata etiam, si pla-
cet infusione, ac insolatione, nouis floribus
additis.

OLEUM LINI EXPRES-
SUM.

R. Seminis Lini minutissime contusi,
quantum libet.

Inclusum cilicio exprimatur fortis-
sime.

OL.

OLEUM LUMBRICORUM
TERRESTRIMUM.

R. Lumbricorum terrestrium stupæ
adminiculo purgatorum, libram
circiter semis.

Bene lotis affunde

Olei Rosarum libras duas.

Coque moderato igne ad humiditatis ex-
halationem, & colatum oleum serua.

OLEUM MACIS EX-
PRESSUM.

E Macis electi puluere recens comminuto
ac parum in sartagine munda fricto & ci-
licio incluso, torculari, vt moris est, ex-
primitur.

OLEUM MENTHAE.

E Mentha crispa fit ad instar oleorum
reliquorum vegetabilium, addito oleo de-
fecatissimo, leni coctione & euaporatione
humiditatis, tandemque colatura cum leui
expressione.

OLEUM NUCIS MOSCHATAE
EXPRESSUM.

Ad instar olei Macis e nucibus Myriffi-
cis, quantum fieri potest recentibus, in
puluerem redactis, ac, aut vapore aquæ
feruentis irroratis, aut etiam sine illo, so-
lum feruefactis, exprimitur.

OLE-

OL.

OLEUM OUORUM EX-
PRESSUM.

R. Ouorum recentium ad duritiem
coctorum, numero centum,

Exemptos vitellos & comminutos in far-
tagine igne leni affos, mouendo spatula,
donec ruffescant, ac pinguedinem sudare
incipiant, tum cilicio inclusos prælo subiice,
& oleum omne elice.

OLEUM PAPAVERIS EX
SEMINE.

Paratur eodem, quo oleum feminis Li-
ni, modo.

OLEUM POPULEUM.

R. Gemmarum Populi nigri, veris
initio collectarum, libras tres,

Conquassatis affunde

Olei oliuarum purissimi, libras
septem,

Macerentur aliquamdiu, tum ad humi-
ditatis consumptionem coquantur, exprimantur
& colentur.

OLEUM ROSARUM.

E Rosarum rubrarum, nondum plene
hiantium, libra vna semis, &

Olei oliuarum clari, libris quatuor,

Paratur iuxta normam Olei Liliorum al-
borum.

OL.

OLEUM SULPHURIS PER
CAMPANAM.

E sulphure flauo, aut vt nonnullis pla-
cet, viuo potius, arsenicalis malignitatis
non particeps, in puluerem redacto, in
scutella terrea non nimis ampla, nec alta
nimis, patinæ vitreæ latæ interueniente sus-
tentaculo vitreo, imposita, & suspenso de-
super receptaculo amplo vitreo, campanæ
forma prædito, deflagrante paratur. Coa-
gulato nimirum in campana sulphuris fumo,
indeque in substratam ipsi patinam destil-
lante. Vbi obseruandum, aëre vdo & plu-
uioso feliciter hoc succedere negotium, plus-
que olei (haud adæquate sic dicti) quam
ficcio aut sereno cælo colligi.

OLEUM VERBASCI FLORUM.

Eadem, qua Oleum Liliorum alborum,
aut Chamæmelinum, methodo fit.

OLEUM VITRIOLI.

Obtinetur vel ex Vitriolo diurna de-
stillatione igne vehementissimo, vel defla-
gratione sulphuris cum pauillo Nitri in va-
se satis capaci, quin amplissimo, cui pau-
lulum aquæ infusum, vt vapores in illam,
grauitate sua descendant, quæ aqua acido
Vitrioli satis imprægnata destillatione con-
centratur. Quia vero operationes istæ mul-
tis difficultatibus obnoxie, Pharmacopoei
vilius ab exteris oleum hocce, quod melius
SPIRITUS VITRIOLI CONCENTRA-
TUS nominandum, emunt, sed vt vena-
lem istum Spiritum concentratum destilla-
tione rectificent, necesse est.

OXY-

O X.

OXYMEL COLCHICUM.

R. Aceti colchici, partem vnam,
Mellis purissimi, partes duas,

Misce, coquantur ad iustam consisten-
tiam.

OXYMEL SIMPLEX.

R. Aceti vini albi, libram vnam,
Mellis despumati, libras duas,

Misceantur, coquantur ad iustam con-
sistentiam.

OXYMEL SQUILLITICUM.

E Mellis despumati libris tribus ac
Aceti squillitici libris duabus coc-
tione secundum artem fit.

PANACEA MERCURIALIS. Idem
est ac MERCURIUS DULCIS.

PASTA ALTHEAE, Gallis PA-
TE DE GUIMAUVE.

R. Radicis Althæ recentis, in taleo-
los dissectæ, vncias quatuor,
Aquæ fontanæ, libras octo.

Coque ad consumptionem dimidiæ partis,
in Colatura solue

Gummi arabici albi electi & pu-
rissimi,

Sacchari canariensis, ana libras
duas cum semisse.

Coletur, & igne lento ad spissitudinem
extracti, continuo spatula mouendo, hu-

-YXO

P A.

mor exhalet; ab igne remota agitentur mul-
tum, & celeriter, quo albescant, & sub-
inde inspergendo quid albuminis, ex sex ouis
recentibus in spumam conuassati, itemque
aquæ naphæ odoratissimæ vncia, lento ca-
lore, satque perpetua agitatione inspissen-
tur, vsque dum manui non adhæreant. For-
mentur pastæ oblongæ, quadratæ, quæ pul-
uere sacchari, vel amyli, ne chartæ adhæ-
reant, conspergantur.

PASTA LIQUIRITIÆ, seu SAC-
CHARUM LIQUIRITIÆ, Gal-
lis REGLISSE.

R. Radicis Liquiritiæ decorticatæ,
vncias sex,

coque in

Aquæ fontanæ, libris duodecim,

In decocto colato solue

Gummi arabici, libras duas cum
semisse,

Sacchari albi, libram vnam semis.

Dein, adiecto oui albo, soluta hæc cla-
rifica, & dein leni coque igne, donec spif-
sior euaserit massa, mellis instar: posthac
ipsum vas in feruidam imponitur, & super
igne detinetur, donec formis planis ac le-
uibus infundi tenacior iam facta queat
massa. Tandem loco calido penitus ex-
siccata in tabulas discinditur, vsuique ser-
uatur.

PASTILLI PRO FUMO.

R. Gummi Storacis calamithæ,
Olibani,

Pulueris Succini flauī,

Flo-

PI.

Florum Lavendulae, ana uncias
duas,
Styracis liquidae, unciam unam,
Terebinthinae clarae, unciam se-
mis,
Carbonum Tiliae, uncias decem.

Redactis in pulverem redigendis exci-
pantur omnia mucilagine gummi arabici
vel tragacanthi, & fiat Massa, ut inde for-
mari possint Pastilli.

PILULAE AETHIOPIS MI-
NERALIS.

R. Aethiopsis mineralis, unciam unam,
Reguli Antimonii medicinalis,
Gummi Guaiaci, ana unciam unam
& semis,
Extracti Angelicae, unciam di-
midiam.

Misce fiat Massa pilularum.

PILULAE CACHECTICAE
MARTIALES.

R. Gummi Ammoniaci electi purissi-
mi, drachmas sex,
Extracti Aloës gummosi, unciam
semis,
Chalybis in alcohol redacti, drach-
mas quinque,
Olei destillati Caryophyllorum,
Anisi, ana scrupu-
lum unum.

Misce fiat Massa pilularum.

PI.

PILULAE DE CYNOGLOSSO.

R. Radicum siccarum Cynoglossi,
Seminis Hyoscyami albi,
Opii depurati, ana unciam semis,
Myrrhae, drachmas sex,
Thuris, drachmas quinque,
Styracis calamitae,
Caryophyllorum,
Cinnamomi, ana drachmas duas.

Cum Succo de Cynoglossis & Syrupi Vio-
larum ana, ex arte fiat pilularum massa.

PILULAE FOETIDAE.

R. Gummi Galbani,
Sagapeni,
Opopanacis, ana drach-
mas duas,
Afac foetidae, drachmam
unam,
Extracti Myrrhae aquosi,
Aloës aquosi, ana drach-
mam semis,
Olei destillati Anisi,
Rutae, ana scrupu-
lum unum.

Misce fiat Massa pilularum.

PILULAE HYDROPICAE
BONTII.

R. Aloës optimae purissimae, drach-
mas duas & semis,
Gummi Ammoniaci electi,
Guttae subtilissime tritae,
ana drachmam unam
semis,

I

Dia-

PI.

Diagrydii, drachmam vnam,
Tartari vitriolati, drachmam femis.

Misce fiat Massa pilularum.

PILULÆ MERCURIALES
PURGANTES.

R. Mercurii dulcis, vnciam semis,
Extracti aloës aquosi, drachmas tres,
Resinae Jalappae praeparatae,
drachmas duas.

Misce fiat Massa pilularum.

PILULÆ PECTORALES seu
ASTHMATICAE.

R. Gummi Ammoniaci electi, drachmas duas & semis,
Millepedum, drachmas tres,
Florum Benzoës, drachmam vnam,
Crocii Orientalis,
Balsami Peruvianum, ana grana quindecim.

Misce fiat Massa pilularum.

PILULAE PESTILENTIALES
RUFFI.

R. Aloës purissimae,
Gummi Ammoniaci depurati, ana vnciam vnam,
Myrrhae selectae, vnciam semis,
Paretur cum succo Limonum, Massa.

PI.

PILULAE POLYCHRESTAE
BALSAMICAE.

R. Extracti Aloës aquosi, $\frac{1}{2}$
Absynthii,
Centaurei minoris, ana vnciam semis,
Hellebori nigri aquosi,
drachmas duas.

Gummi Myrrhae,
Masticis,
Benzoës, ana drachmam vnam,
Terebinthinae venetae, drachmas duas.

Misce fiat Massa pilularum.

PILULAE STARCKEYANAE.

R. Saponis alcalici Starckeyani, partes tres,
Opii depurati,
Radici Liquiritiae,
Hellebori albi,
nigri, ana partem vnam.

Misce fiat Massa pilularum.

PILULAE SCILLITICAE.

R. Radici Squillae, recenter puluerifatae,
Gummi Ammoniaci electi,
Millepedum, ana femivnciam,
Sagapeni purissimi, vnciam vnam,
Balsami Copaiuae, drachmam vnam.

Misce fiat Massa pilularum.

PI-

PI.

PILULÆ DE STYRACE.

- R. Styracis Calamitæ, drachmas duas,
 Succu Glycyrrhizæ depurati, drach-
 mam vnam semis,
 Ladani,
 Myrrhæ,
 Olibani optimi,
 Opii, aqua destillata depurati &
 inspissati,
 Extracti Croci, ana drachmam
 vnam.

Cum Syrupo Papaveris albi, quantum suf-
 ficir, fiat lege artis Massa.

PILULÆ DE SUCCINO
CRATONIS.

- R. Agarici recenter trochiscati, drach-
 mam vnam semis,
 Aloës succotrinæ, drachmas quin-
 que,
 Aristolochiæ rotundæ veræ,
 drachmam semis,
 Mastiches electæ,
 Succini præparati, ana drachmas
 duas.

Cum Syrupo de Betonica fiat Massa.

PLUMBUM VSTUM.

- R. Plumbi, libram vnam,
 Sulphuris citrini, uncias duas.

In vase ferreo comburantur, inuicem
 semper agitando.

PU.

PULVIS ABSORBENS ANTI-
MONIATUS.

- R. Testarum Concharum, sine igne
 præparatarum, unciam vnam,
 Antimonii diaphoretici, unciam
 semis,
 Cinnabaris Antimonii, grana quin-
 decim.

Misceantur optime, & fiat Pulvis sub-
 tilissimus.

PULVIS ABSORBENS CI-
TRATUS.

- R. Oculorum Cancrorum puluerifa-
 torum, quantum placet.

Affunde succi Citri recentis, quantum
 fatis vsque ad saturationem, postea exhæ-
 tur aquositas leni calore, in vase terreo, vel
 vitreo, agitando spatula lignea. Tandem
 teratur, cribreturque per linteum.

PULVIS ABSORBENS NI-
TRATUS.

- R. Oculorum Cancrorum præpara-
 torum,
 Testarum Concharum præpara-
 tarum,
 Nitri depurati, ana.

Misce in pulverem.

PULVIS ANTARTHRITICUS.

- R. Gummi Guaiaci,
 Sacchari Lactis, ana unciam vnam,
 I 2 Salis

P U.

Salis volatilis Succini depurati,
drachmam semis,

Misce fiat Puluis subtilissimus.

PULUIS PRO CATAPLAS-
MATE.

R. Herbæ Maluæ,
Altheæ, ana vncias tres,
Florum Chamomillæ vulgaris,
Meliloti,
Sambuci, ana vncias duas,
Radicis Altheæ, vncias quatuor,
Seminis Fœnugræci, vncias decem
Lini, libram vnam,

Fiat omnium Puluis.

PULUIS DENTIFRICIUS.

R. Cremoris Tartari, vncias duas,
Radicis Iridis florentinæ,
Offium Sepiæ, ana vnciam semis,
Myrrhæ rubræ electæ,
Gummi Laccae in baculis derasi,
ana drachmas duas,
Olei destillati ligni Sassafras gut-
tulas viginti,

Misceantur & puluerisentur subtilissime.

PULUIS EPILEPTICUS.

R. Visci Quercini, vncias duas,
Radicis Pœoniæ,
Valerianæ syluestris,
Lumbricorum terrestrium præ-
paratorum,
Nitri depurati, ana vnciam vnam,

P U.

Misce fiat Puluis.

Poterunt vulgi caussa addi,

Folia auri.

PULUIS FUMALIS.

R. Baccarum Juniperi, libram vnam,
Succini rasi, libram dimidiam,
Storacis Calamitæ,
Olibani,
Florum Lauendulæ, ana vncias
quatuor.

Contusa grosso modo, misceantur.

PULUIS INCIDENS.

R. Salis mirabilis Glauberi, vncias
duas,
Radicis Ari recenter puluerifatæ,
Ireos florentinæ, ana vn-
ciam vnam.

Misce fiat Puluis.

PULUIS PRO INFANTIBUS. Vide
PULUIS ABSORBENS ANTI-
MONIATUS.

PULUIS PECTORALIS.

R. Radicis Liquiritiæ, vncias duas,
Ari, vnciam vnam,
Ireos florentinæ, drach-
mas sex,
Florum Sulphuris, vnciam semis,
Seminis Fœniculi, vnciam vnam,
Sacchari albi, vncias quatuor,

Misce fiat Puluis.

PUL-

PU.

PULVIS PUERORUM COMMUNIS PRO VULGO.

- R. Radicum Iridis florentinae,
Poeoniae,
Scorzoneræ, ana uncias
duas,
Seminis Poeoniae decorticati, un-
ciam semis,
Croci, drachmas duas,
Sacchari candi, uncias quatuor.

Misce, in puluerem tenuissimum com-
minuta.

PULVIS RESOLUENS COMPOSITUS.

- R. Pulueris resoluentis, unciam unam
semis,
Extracti Cascarillæ cum aqua, un-
ciam semis,

Misce.

PULVIS RESOLUENS SIMPLEX.

- R. Testarum Concharum, sine igne
præparatarum,
Antimonii diaphoretici,
Nitri depurati, ana,

Misceantur optime.

Composito huic innocentissimo, Chi-
rurgi & vulgus admodum assueti,
hinc locum ei hic dare nulli dubita-
uimus.

PU.

PULVIS SQUILLÆ COMPOSITUS.

- R. Radicum Squillæ recentium, li-
bram unam,
Vincetoxici puluerisfa-
tarum uncias qua-
tuor.

Contunde in pulpam, leniter exsicca, &
rursus contunde in puluerem.

PULVIS STERNUTATORIUS.

- R. Foliorum Nicotianæ, unciam
unam,
Maioranæ,
Serpilli, ana unciam
semis,

Florum Liliorum conuallium,
Meliloti, ana drachmas
tres,

Radice Hellebori albi,
nigri, ana drach-
mam unam.

Misce fiat Pulvis.

Cui placet, tantillum Moschi, Ambræ nec
non olei ligni Rhodii aliquot guttulas
addere iubeat.

PULVIS STOMACHICUS.

- R. Radicis Ari recentis,
Acori vulgaris,
Pimpinellæ albae,
Corticis Winterani, ana unciam
unam,

P U.

Cinnamomi acuti, vnciam semis,
Salis Absynthii, drachmas tres,
Sacchari albi, ad pondus om-
nium.

Misce, fiat Puluis.

PULUIS TEMPERANS ALBUS.

R. Tartari vitriolati crySTALLINI,
Nitri depurati, ana.

Misce in puluerem.

PULUIS TEMPERANS RUBER.

R. Tartari vitriolati crySTALLINI,
Nitri depurati, ana vncias quatuor,
Cinnabaris factitiæ rite præpara-
tæ, drachmas tres.

Misceantur optime.

REGULUS ANTIMONII ME-
DICINALIS.

Vid. ANTIMONII REGULUS
MEDICINALIS.

RESINA JALAPPÆ.

R. Pulueris radicum Jalappæ, quantum vis,
affunde Spiritus vini rectificatissimi, in
vitro commodo, ad eminentiam trium,
quatuor, pluriumue digitorum. Stent
vitro exacte clauso in digestionem lenis
caloris sæpius mouendo, donec spiri-
tus saturate sit essentia radicum im-
butus, deple tunc illum & alium

R E.

sed minori copia affunde, digere,
moue, vt prius, donec & ille satis
tinctus, idque continua, donec om-
nis e radicibus essentia aut tinctura sit
extracta, tandem omnes extractions
coniunge, & e cucurbita humili, im-
posito alembico, & recipiente appli-
cato, iuncturis probe clausis omnem
Spiritus vini, simili labori idoneum
balneo roris aut maris euoca, ac resi-
debit in fundo cucurbitæ resina, super
charta, oleo qualicumque aromatico
parum, imbuta in sole siccanda & a
puluerem custodienda. Aut, si ma-
ius, abstracta aliquota Spiritus vini parte
frigida affundenda, vnde illa extractio
lactescet, tum euocato balneo maris
Spiritu vini reliquo, residuum liquo-
rem lacteum reponere aliquantisper &
quietum serua, sic resina a liquore se-
parata fundum petet, quæ depleto
liquore, aqua rosarum bis, terue eluen-
da, siccanda & seruanda.

*Nota. Si posteriori modo processeris, re-
liquum a separatione resinæ, lento
igne inspissatum, extractum tibi da-
bit, Jalappæ virium non omnino
expers.*

RESINA JALAPPÆ PRÆ-
PARATA.

R. Resinæ Jalappæ,
Amygdalarum dulcium ficce ex-
corticatarum, ana,

Terantur in puluerem.

RE-

R.O.

RESINA SCAMMONEL.

E puluere Scammonei grosso eadem ratione fit, qua superior Jalappa.

ROB BERBERUM.

Fit, succum Berberum depuratum ad mellis consistentiam igne moderato inspissando.

ROB JUNIPERINUM.

R. Baccarum Juniperi maturarum recentium conquassatarum, quantum placet.

Coquantur aqua communi sufficienter donec mollescant, tum per setaceum colentur, ac modice exprimantur. Succus inde natus ad consistentiam mellis, calore moderato, inspissetur.

ROB MORORUM cum SACCHARO seu DIAMORON.

R. Succu Mororum depurati, libras quatuor,
Sacchari albi purissimi, libras duas.

Coquantur, vt artis est, ad consistentiam Rob.

ROB SAMBUCINUM.

R. Succu baccarum Sambuci maturarum, quantum sufficit, igne moderato, cauendo empyreuma, coque ad iustam consistentiam.

S.A.

SACCHARUM LACTIS.

R. Seri lactis, cum coagulo vitulino parati libras duodecim, leni igne vaporet ad libras tres: tum in locum frigidum seponere, vt crystalli formentur. Liquor superstes iterum leniter vaporet, vt in loco frigido crystallos ponat.

Si impura sunt crystalli, solutione in aqua fluuiatili purissima & crystallifatione iterata purificentur, donec sacchari instar albæ euadant.

SACCHARUM PENIDIUM.

Saccharum ad consistentiam iustam secundum artem coctum super tabula marmorea, oleo Amygdalarum dulcium imbuta, effusum donec eatenus refrigescat, vt Terebinthinæ dense instar, manibus terfis & Amylo saepius adspersis super vnco ferreo iterato & operose tractari ac filorum instar crassorum aut funium duci, tandemque, postquam sufficienter refrixerit ac candorem contraxerit, in bacillos oblongos digitum circiter crassos contorqueri ac efformari possit.

SACCHARUM, seu SAL SATURNI.

R. Cerussæ scissilis puluerisatæ, quantum placet,

Aceti vini optimi, tantum affundatur vt acetum emineat, ultra tres vel quatuor digitos.

Digerantur per aliquot dies mediocri calore, tum decantetur fluidum, & iterum tantum aceti affunde, quod tam diu continu-

S.A.

tinuandum, quamdiu post digestionem menstruum decantatum dulcem subadstringentem præbet gustum. Liquores isti decantati, vasi apto infusi, euaporationi & crySTALLIFICATIONI, vti artis est, exponantur.

SAL ABSYNTHII ET PLANTARUM IN GENERE.

R. Absynthii, integri, parum, sed non omnimode siccati, sub dio, aut camino coaceruati, ac concremati cineres albos, crucibulo impositos igne forti, vt totum vndique candeat cum cineribus crucibulum, calcina, agitando inter calcinandum rudicula, & quidem crebris & iteratis affusionibus omnem acrimoniam elue, vt fiat lixiuum saturatum; quod per emporeticam, aut manicam Hippocratis colatum & aliquamdiu digestum, igne mediocri exhala & in salem inspissa. Quem rursus crucibulo commissum, igne conuenienti vt totus rubeat, sed caue ne quid peregrini in crucibulum incidat, calcina, tum solue, filtra, & ad cuticulam euapora, ac ad crySTALLIFANDUM loco frigido repone; crySTALLOS inde natas exime forcipula lignea, & emporeticæ impositas sicca. Reliquum denuo euapora ad cuticulam, crySTALLIFA, sicque perge, donec cuticulam amplius contrahere recuset.

Salem omnem repetitis crySTALLIFICATIONIBUS collectum, si satis sit candidum, serua; sin minus, laborem hunc calcinationis, solutionis, euaporationis & crySTALLIFICATIONIS itera, donec voto tuo respondeat.

S.A.

Eadem norma reliquorum quoque vegetabilium, præcipue amarorum, salia paranda.

SAL ABSYNTHII CITRATUM.

R. Salis Absynthii, vnciam vnã, Succi Citri, quantum satis ad perfectam saturationem.

Euaporentur lenissimo calore, vel ex balneo Mariæ ad siccitatem vsque.

SAL ACETOSELLAE.

R. Succi ex foliis Acetosellæ recentibus expressi, quantum placet.

Leuiter ebulliat, ut faeces separentur, dein coletur, tum leni ignis gradu ad Syrupi consistentiam evaporetur, & loco frigido, seu cella exponatur ad crySTALLIFICATIONEM, crySTALLI ablatae exsiccentur & vsui seruentur.

SAL ALCALI MINERALE FIXUM. Vid. SODA.

SALIS AMMONIACI FLORES. Vid. FLORES.

SAL CORNU CERUI VOLATILE.

E cerui cornibus in segmenta mediocria dissectis, igne aperto retorta capaci, aut cucurbita terrea, vel ferrea potius, capitulo terreo probe vitreato, rostro amplo instructo, ac recipiente capaci adaptato, iuncturis optime clausis, vna cum spiritu & oleo elicitor, quod aquæ modico, e retortæ, vel alembici rostro, ac a lateribus recipientis elotum, charta bibula duplicata ac humectata ab olei parte potiori segregatur.

Recti-

S.A.

Rectificatione postmodum, e cucurbita vitrea ex arena igne admodum leni, a spiritu quoque ac phlegmate affuso, cineribus ossium calcinatorum saturato, & fortiori demum ab iisdem igne recuperando separatur, tandem encheireli singulari, mediante nimirum spiritu Vini, aut saltem Frumenti rectificato, a reliquiis olei sequestrandum & ad puritatem desideratam & candorem gratum deducendum.

SAL MARTIS. Vid. VITRIOLUM MARTIS.

SAL MIRABILE GLAUBERI.

Ex residuo spiritus salis fumantis Glauberiani calcinato, aqua calida fontana affusa eliciuntur partes salinæ, liquor hic salinus filtratus ad cuticulam vsque evaporatur, & loco frigido ad crystallisationem reponatur: Crystalli ficcentur & ad usum feruntur.

SAL POLYCHRESTUM GAL-LORUM.

R. Nitri & Florum Sulphuris, ana libram vnam.

Mixta successiue detona, residuum aqua solue, & post colaturam evaporando coagula in salem.

Quid hic præ Nitro præparato, aut Lapide seu Sale Prunellæ, vulgo sic dicto, peculiare, præter quantitatem maiorem sulphuris, habeat, non satis liquet.

S.A.

SAL POLYCHRESTUM DE SEIGNETTE.

R. Sodæ Hispanicæ depuratæ, libram vnam,

solue in

Aqua fontana calida.

Post filtrationem huius solutionis calido huic lixiuio adde successiue

Crystallorum Tartari puluerifatarum, quantum sufficit ad perfectam saturationem.

Post tam diu euaporetur, donec guttulas super vitrum insperfas in salinum corpus mutari videas. Tandem crystallisationi exponatur, vti artis est.

SAL SATURNI, Vide SACCHARUM SATURNI.

SAL SEDATIUM HOMBERGI.

R. Boracis Venetæ puluerifatae, partes duas,

solue in larga quantitate

Aquæ feruidæ,

Solutioni huic calidæ, circumspecte affundatur

Olei Vitrioli Anglicani rectificati, pars vna.

Dein bona phlegmatis portio leni evaporet calore, donec in residui liquoris superficie lamellæ salinæ crystallinæ generentur. Hoc factò, quicquid superest lixiui, loco frigido, vt in crystallos coeat, seponatur;

K

S A.

natur; sic enata cryſtalli aqua abluta ficentur.

SAL SUCCINI VOLATILE.

Vna cum oleo in deſtillatione huius, igne auctiori adſcendit, per chartam bibulam ab illo ſeparandum.

SAL SUCCINI VOLATILE
DEPURATUM.

Sal volatile ſuccini modo dictum, ab oleo ſeparatum cucurbitæ humili immittitur, eaque pileus coniformis, quantum fieri poteſt faſtigiatus, e charta bibula, aut etiam alba duplici compoſitus, imponitur, ac leniſſimo arenæ calore ſublimatur, ſæpius mutato pileo, ne relabatur, abradendum, ſicque colligendum & accuratiſſime ſervandum.

SAL TARTARI.

Genuinum quære infra ſub titulo, Tartari Sal. Paratur & Sal tartari extemporaneum e partibus æqualibus Nitri & Tartari mixtis & detonatis, mixtum, plurimis quidem, non tamen omnibus uſibus, quibus Tartari Sal conuenit & dicatur, aptum. Hoc Docimaſtis *Fluor albus* vocatur.

SAL VOLATILE OLEOSUM
SYLUI.

Hoc arcanum, cum ſibi Author, ſuiſque hæreditarium eſſe voluerit, de genuina eius deſcriptione dubii, eius loco, cum vulgo ſæpius expeti ſoleat, ſequenti utimur:

R. Salis Tartari optime depurati, vncias ſex,

S A.

Olei ſtillatitii Anifi,
Caryophyllorum,
Cinnamomi, ana
drachmam ſemis,
Macis, ſcrupulum
vnum,
Zedoariæ,
Succini, ana ſcrupulum ſemis.

Digerantur loco calido in cucurbita optime alembico cæco clauſa, biduum aut triduum, tum hoc remoto, & affuſa prius Spiritus vini communis libra vna ſemis, addatur

Salis Ammoniaci puriſſimi probe contriti, libra ſemis,

ac impoſito dextre alembico roſtrato, iuncturis exacte & ſollicite munitis, media pars circiter ſpiritus deſtillando, blando arenæ calore eliciatur, ac vitro exacte obturato ſeruetur.

SAL VOLATILE SALIS AMMONIACI SICCUM.

R. Salis Ammoniaci, libram vnam, Cretæ puriſſimæ, libras duas,

Sublimentur e retorta igne fortiori: Sublimatum in vitro bene obturato aſſeruetur.

SAPO STARKEYANUS.

R. Salis Alkali mineralis ficci, vel Sodæ depuratæ, ſemilibram,

Fluat intenſo igne per horam, ſeruidumque effundatur in mortarium ferreum probe calefactum, & cum piſtillo calido in pollinem

SO.

linem teratur. Pulveri infilletur confestim,
ita, vt gutta guttam excipiat

Olei Therebinthinæ ætherici, ses-
quilibra;

Terantur in mortario vitreo, donec in
saponem coaluerint. Mixtio perfecta cog-
noscitur, si ab affusa aqua oleum non se-
paratur.

SODA DEPURATA, seu
SAL ALCALI MINERALE
FIXUM.

R. Sodæ Hispanicæ puluerifatae, quan-
tum placet,
Aquæ fluuiatilis bullientis, quan-
tum fatis ad solutionem,

Lixiuum per chartam coletur, & post
lenem euaporationem, in vase vitreo & lo-
co frigido seponatur, vt Crytalli for-
mentur.

SOLUTIO AMARA.

R. Extracti Centaurei minoris,
Trifolii fibrini, ana uncias
duas,

Absynthii,
Cardui Benedicti, ana un-
ciam vnam,

Aquæ Menthæ, libras tres;

Misce, solue & serua.

SOLUTIO RESINÆ GUAIIACI.

R. Resinæ Guaiaci, uncias duas,
Spiritus Sacchari, uncias sedecim,
Misce, solue & ad vsum serua.

SP.

SPARADRAPUS GOULARDI.

R. Ceræ albæ, libram vnam & semis,
Olei Oliuarum recentis, uncias
quinque & drachmam vnam,
Extracti Saturni, unciam vnam,
Camphoræ, drachmam vnam,

Hiscæ igne leniori continua agitatione
bene liquatis, immergantur massæ adhuc
calidæ, linteola, vt in descriptione cereo-
lorum dictum fuit.

SPECIES CEPHALICÆ PRO
CUCUPHIS.

R. Foliorum Maioranæ,
Melissæ,
Rorismarini,
Serpilli, ana unciam se-
mis,

Florum Lauendulæ,
Liliorum conuallium, ana
drachmas tres,

Storacis calamitæ,
Cinnamomi acuti,
Caryophyllorum aromaticorum,
ana drachmam vnam,

Incisa misce, fiat omnium puluis grossus.

SPECIES PRO CATAPLASMATE
EMOLLIENTE. Vid. PULUIS.SPECIES DECOCTI CARMI-
NATIUI.

R. Radicum Glycyrrhizæ, unciam
semis,

K 2

Semi-

SP.

Seminis Anifi,
 Carui,
 Coriandri,
 Dauci,
 Fœniculi, ana drachmas
 tres,
 Florum Chamomillae romanae,
 drachmas duas,
 Passularum majorum, vnciam
 vnam semis,
 Misce concisa.

SPECIES DECOCTI EMOLLI-
ENTIS PRO ENEMATE.

R. Herbarum Altheae,
 Maluae,
 Florum Chamaemeli vulgaris,
 Sambuci, ana vncias duas,
 Seminis Lini, vnciam vnam,
 Incisa & contusa misceantur.

SPECIES DECOCTI LIG-
NORUM.

R. Radicum Saponariae,
 Caricis arenariae, ana
 vncias duodecim,
 Bardanae,
 Fœniculi,
 Scrophulariae,
 Liquiritiae,
 Ligni Sassafras, ana vncias quatuor,
 Juniperi,
 Sancti, ana libram semis.
 Incisa misceantur.

SP.

SPECIES DECOCTI
NIGRI.

R. Radicis Tormentillae, vnciam
 vnam semis,
 Herbae Sabinæ,
 Rutæ,
 Scordii,
 Saluiae,
 Absynthii,
 Foliorum Quercus, ana drach-
 mas sex,
 Corticum Granatorum,
 Gallarum turcicarum, ana vncias
 duas cum semisse,
 Aluminis crudi, vncias quatuor,
 Vitrioli viridis, vncias duas,
 Viridis aëris,
 Tartari rubri, ana vnciam vnam,
 Incisa & contusa misce.

SPECIES PRO DECOCTO
PECTORALI.

R. Radicum Liquiritiæ,
 Altheæ decorticatæ, ana
 vnciam vnam,
 Herbae Tuffilaginis,
 Veronicae,
 Hyssopi, ana drachmas sex,
 Florum Papaueris rhoeados,
 Bellidis minoris, ana
 drachmas duas.
 Concisa misceantur.

SPE-

SP.

SPECIES DIAIREOS.

- R. Specierum Diatragacanthi frigidi,
Sacchari candi albi, ana drach-
mas duas,
Radicum Iridis florentinae, vn-
ciam femis,

Misce fiat Puluis subtilissimus.

SPECIES DIATRAGACANTHI
FRIGIDI.

- R. Gummi Arabici, drachmas decem,
Tragacanthi, vncias duas,
Amyli, vnciam femis,
Radicis Liquiritiae, drachmas duas,
Sacchari albi, vncias duas,

Misce, fiat Puluis subtilissimus.

SPECIES PRO FOMEN-
TATIONE.

- R. Florum Lupuli, libram vnam,
Chamaemeli vulgaris,
Lauendulae,
Millefolii cum toto,
Herbarum Rorismarini,
Serpilli,
Tanaceti,
Meliloti,
Botryos, ana vncias
duas.

Incisa misce.

SPECIES FUMALES. Vide PUL-
UIS FUMALIS.

SP.

SPECIES PRO GARGA-
RISMATE.

- R. Radicum Liquiritiae, vncias qua-
tuor,
Pimpinellae albae,
Herbarum Salviae, ana vncias duas,
Hyssopi,
Hederæ terrestris,
Althæae,
Verbasci, ana vnciam
vnam,

- Florum Rosarum,
Prunellae,
Millefolii,
Sambuci, ana vnciam
femis.

Incisa misce.

SPECIES HIERÆ PICRÆ.

- R. Aloës illotæ, vncias duodecim,
Afaræ,
Cinnamomi,
Crocæ,
Cubebarum,
Mastiches,
Spicæ indicæ, ana drachmas sex.

Misce, fiant, vt moris, Species.

SPECIES PRO INFUSO LOCO
THEE.

- R. Foliorum Saniculæ,
Veronicae,
Hederæ terrestris,
Salviae,

K 3

Folio-

SP.

Foliorum Melissae, ana vnciam
femis,
Florum Chamomillae romanae,
Anthos,
Radicum Saffaparillae,
Ligni Saffafras,
Anisi, ana drachmas tres.

Incisa & contusa minutim misce.

SPECIES MORSULORUM IMPERATORIS.

R. Caryophyllorum, vnciam femis,
Cinnamomi electi, drachmas decem,
Galangae,
Macis,
Nucis moschatae, ana drachmas duas,
Zingiberis, vnciam vnam.

Misce, fiant Species.

SPECIES PRO PEDILUUIO.

R. Herbarum Menthae crispae,
Melissae,
Serpilli,
Maluae, ana vnciam vnam,
Florum Chamomillae,
Spicae, ana vnciam femis.

Incisa grosso modo misce.

SPECIES RESOLVENTES EXTERNAE.

R. Herbarum Absynthii,

SP.

Herbarum Melissae,
Menthae,
Origani, ana vncias quatuor,
Florum Chamomillae,
Sambuci, ana vncias tres,
Baccarum Lauri, vncias duas.

Incisa & contusa misceantur.

Cui libet, Camphorae quantitatem necessariam addere potest.

SPECIFICUM CEPHALICUM.

R. Cinnabaris factitiae rite praeparatae, vncias quatuor,
Radicis Poconiae, vncias tres,
Coralliorum rubrorum praeparatorum, vnciam vnam,
Succini praeparati, vnciam femis,
Foliorum Auri, quantum libet.

Misce fiat omnium puluis subtilissimus.

SPIRITUS ACETI. Vide ACETUM DESTILLATUM.

SPIRITUS ANISI.

R. Seminis Anisi mundati & conquassati, libram femis,
Spiritus frumenti rectificati, aut Vini potius communis, mensuram vnam.

Stet in infusione octiduum, tum per maris balneum spiritum euoca.

SPI-

S P.

SPIRITUS CARMINATIUS
DE TRIBUS.

- R. Spiritus Nitri fumantis, vnciam
dimidiam,
Vini rectificatissimi, vncias sex,
Tartari, vncias tres.

Mixta destillentur e retorta.

SPIRITUS COCHLEARIAE.

- R. Herbae Cochleariae florentis,
libras octo,

Contunde ac vesicæ imposito affunde:

Spiritus Vini non rectificati, libras
decem.

Iuncturis, accommodato refrigeratorio ac
recipiente commodo, probe clausis ac munitis,
destilla igne moderato spiritum, quem
recenti herbæ reassulum, semel iterumque
destilla, rectifica ac probe obturatum serua.

SPIRITUS COERULEUS.

- R. Herbae Absynthii,
Rutae,
Scordii,
Rorismarini,
Florum Lauendulae, ana vncias
duas,
Baccarum Juniperi, vncias qua-
tuor,
Salis Ammoniaci, vncias quinque,
Cinerum clauellatorum, vncias
quatuor,

S P.

Spiritus Frumenti, mensuras qua-
tuor.

Mixta destillentur & Spiritus abstractus
effundatur super lamellam cupream.

SPIRITUS CORNU CERUI.

Vide de hoc titulum SALIS CORNU
CERUI VOLATILIS.

Vnius enim & eiusdem destillationis tam
Sal, quam Spiritus proles est, certa & illic
indicata encheirefi ab inuicem & oleo facti-
do separanda.

SPIRITUS FOENICULI.

- R. Seminis Foeniculi, libram vnam,
Spiritus vini Gallici optimi, libras
sex.

Infusa stent diem vnum aut alterum, tum
destillentur, vt artis.

SPIRITUS FORMICARUM.

- R. Formicarum circa solstitium astitium
die serena, in cucurbitam vna cum
ouulis collectarum, & a festucis munda-
daturum, quantum placet. Affunde
iis Spiritus vini rectificati, ad trium
digitorum eminentiam, vase optime
clauso, digere biduum, postea im-
posito cucurbitae alembico, & appli-
cato recipiente, iuncturis optime clau-
sis, ex arena destilla, donec striae dis-
parere incipiant. Spiritum destilla-
tum recentibus formicis affunde, di-
gere ac denuo, vti prius destilla.

SPI-

SP.

SPIRITUS JUNIPERI E
BACCIS.

R. Baccarum Juniperi recentium bene maturarum, quantum placet;

Conquassatis in vase querno aut terreo vitreato affundatur modicum aquae tepidae, vt probe madescant, & pulvis liquidiusculi consistentiam acquirant, ac addito pauxillo facum vini, aut saltem cereuisiae, ad fermentandum disponantur, qua rite peracta, vbi vinosum odorem spirare incipiunt, destilla.

SPIRITUS LAUENDULÆ.

Sæpius super recentes Lauendula Flores, cohobatus & rectificatissimus requiritur.

SPIRITUS LAUENDULÆ
COMPOSITUS.

R. Spiritus Lauendulae simplicis, libras tres,
Rorismarini, libram vnam,
Cinnamomi acuti, vnciam vnam,
Caryophyllorum aromaticorum,
Cubeborum, ana drachmas tres.

Misce, digere & per retortam destilla.

SPIRITUS LILIORUM CON-
UALLIUM.

E conquassata florum sufficienti quantitate affuso aquæ calidæ modico, & addito vini aut cereuisiæ albæ facum pauxillo, post fermentationem debitam instar aliorum e fructibus fermentatis spirituum, destillando e vesica, & rectificando paratur.

SP.

SPIRITUS LUMBRICORUM
TERRESTRIMUM.

R. Lumbricorum terrestrium stupa depuratorum aut lotorum, quantum placet.

Super infunde spiritus vini rectificati ad trium digitorum eminentiam, digere quadrimum vase probe obturato, tandem ex arena, iuncturis exacte clausis, destilla, spiritum prolectum aliis lumbricis reafunde, digere ac denuo ex arena igne moderato reuoca.

SPIRITUS MATRICALIS.

R. Cinnamomi acerrimi,
Nucis moschatae,
Macis,
Zingiberis,
Caryophyllorum,
Granorum Paradisi,
Cubeborum,
Cardamomi, ana vnciam vnam
femis,
Piperis longi, vnciam femis,
Galangae,
Zedoariae, ana vnciam vnam,
Foliorum Salviae minoris,
Menthae crispae,
Fœniculi,
Melissae, ana vnciam
femis.

Pulueriscentur, tum affunde Spiritus Vini generosi, mensuras tres; Digerantur vase optime clauso, aliquandiu, tum lege artis destillentur, ac Spiritus seruetur: cui
libet,

S P.

libet, Camphorae, quantum placet, addere iubeat.

SPIRITUS MINDERERI.

R. Salis Ammoniaci volatilis, quantum vis,
Paulatim instilletur, subinde agitando.

Aceti destillati, quantum sufficit,

Donec cesset effervescencia, & saturatio fit perfecta.

SPIRITUS NITRI DULCIS.

R. Spiritus Vini rectificatissimi, vncias viginti quatuor,
Paulatim instillentur

Spiritus Nitri fumantis, vnciae duae.

Mixta digerantur per aliquot dies, postea destillentur ac cohobentur e retorta vitrea ter, vt optime vniantur, Spiritusque nitri mitescat.

SPIRITUS NITRI FUMANS.

R. Nitri ficcissimi puluerisati, libras tres.

Immittatur cucurbitae vitreae tubulatae siccae & calefactae, atque recipiente applicato, cuius iuncturae optime clausae sint: tum per tubulum guttatim affundantur

Olei Vitrioli concentrati, librae duae.

Post leni arenae igne fiat destillatio, quamdiu sub specie fumorum rubicundorum ex-

S P.

halat Spiritus. Qui in vitro epistomio vitreo bene clauso & lutato feruetur.

SPIRITUS RORISMARINI.

R. Summitatum Rorismarini recentium cum floribus, libras duas,
Spiritus Vini, libras quatuor.

Stent in digestionem, vase bene clauso, triduum vel octiduum, tum e vesica, iuncturis probe clausis, igne moderato, ex arena destilla.

SPIRITUS ROSARUM.

R. Rosarum fragrantium, nondum plene hiantium, sufficientem quantitatem,

Contunde probe & in vase vitreato vel ligneo pauxillo Salis, aut, si cum Ludovico maui, Sacchariana adiecto, impastentur sicque stent, donec fermententur. Vbi fermentata odorem vinolum spirare incipiunt, vesicae immittas, & affusa, quantum sufficit, ad praecauendum empyreuma, aqua rosacea, capitello ac refrigeratorio cum recipiente accommodatis, iuncturisque exacte clausis & munitis, igne moderato destilla, destillatum recentibus rosis fermentatis reafunde, ac destilla, idque bis, terue reitera, tandem e maris balneo rectifica.

SPIRITUS RUBI IDAEI.

E baccis conuasatis ac fermentatis aliorum instar fructuum spiritus, provti in spiritu Juniperi norma illorum destillandorum cernitur, parandus.

L

SPI-

SP.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI
CUM ALCALI AQUOSUS.

R. Salis Tartari vel loco huius, Cinerum clauellatorum depuratorum,
Salis Ammoniaci puluerifati, ana quantum vis,

Sal tartari indatur cucurbitae vitreae, cui Sal ammoniacus aqua fontana purissima solutus affundatur, moxque imposito alembico ac adaptato excipulo, iuncturis debite munitis, ex arena igne moderato destilletur, eo usque ut proliciatur Spiritus cum Sale Alkali volatili probe impraegnatus. Residuum filtratum ad ficcitatem euaporatum Sal praebet aperitiuum & antisebrile Sylui.

Nota. Si major Spiritus quantitas obtinenda, duplum vel triplum salis tartari vel cinerum clauellatorum sumendum, & ante destillationem per 24 horas leni digestionem committendum.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI
ANISATUS.

R. Spiritus Salis Ammoniaci rectificati, uncias sex,
Vini Anisati rectificatissimi, libram vnā,
Olei destillati Anisi, drachmas duas.

Mixta digerantur in phiala optime obturata oëiduum, postea e cucurbita igne arenae destillantur.

S P.

Nota. Alii loco spiritus salis ammoniaci rectificati, sumunt cinerum clauellatorum vel Salis Tartari, partes tres, Salis Ammoniaci, partem vnā, Seminis Anisi, partes quatuor, quibus Spiritus Vini rectificati, libra vna affundatur & in balneo Mariae ad ficcitatem destillentur, hac ratione Spiritus salis ammoniaci minoribus sumtibus paratur.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI
CUM CALCE VIUA.

R. Calcis perfecte vivae, libram vnā
& femis,
Aquae purae, libras tres,

In vase terreo capaci sensim mixtis, post absolutam Calcis extinctionem in Cucurbita vitrea immitte & admisce

Salis Ammoniaci puluerifati, libram femis,

Et actu tum imposito alembico, ad id ante adaptato, ac apposito recipiente, iuncturas, quam potes, citissime muni, tum igne initio lenissimo destilla libram vnā spiritus, qui in vase optime clauso seruandus.

Nota: E capite mortuo SALEM quare AMMONIACUM FIXATUM.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI
SUCCINATUS, vulgo EAU
DE LUCE.

R. Olei Succini rectificati, guttas quinquaginta,
Spi-

*Calcis viva 47 m
et in aqua 3 m
in vitro: imposito
adde
Oleum 47 m
T Communis 47 m
Soluti
Destillat leni
S.P.*

$K_2CO_3 + NH_4Cl =$ *

S.P.

Spiritus Vini rectificati, vnciam
vnam,
Salis Ammoniaci vinosi,
vncias duodecim,

Ignē moderato e retorta destillentur.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI
VINOSUS.

R. Salis Tartari, vel loco huius, Ci-
nerum clauellatorum depura-
torum, libram vnam,
Salis Ammoniaci puluerisati, li-
bram semis,

Mixtis in retorta vitrea affundantur

Spiritus Vini non rectificati, libræ
quatuor.

Tum ex arena leni igne destillentur.

SPIRITUS SALIS COMMUNIS
ACIDUS.

R. Salis marini, libras quatuor.

Soluatur aquæ fontanæ, quantum sufficit,
ac filtrando purgetur, purgatus exhalet ad
cuticulam fere. Muris huic boli vulgaris,
aut argilla saltem torridæ ac puluerisatæ,
quantum sufficit, libræ circiter decem aut
duodecim impastentur, vt fiat massa ad for-
mandum globulos apta, qui parandi ac probe
siccandi. Tunc retortæ indendi, ac adap-
tato recipiente amplissimo, igne aperto gra-
datim adhibito, tandemque vehementissimo,
vt retorta omnis intensissime candeat,
spiritus omnes eliciendi, qui retorta post-
modum vitrea rectificandi.

S.P.

SPIRITUS SALIS COMMUNIS
CONCENTRATUS, seu FU-
MANS.

R. Salis communis puluerisati, libras
quatuor,

Immittantur retortæ vitreæ, atque succes-
sive superaffundantur

Olei Vitrioli anglici, libræ duæ,
quod prius cum

Aquæ fontanæ, libra vna,
caute commissum est;

Adaptetur vas recipiens, & juncturis op-
time clausis leni igne arenæ instituat de-
stillatio.

Spiritus proleus fumans e Cucurbita
vitrea rectificari potest & in vitro, episto-
mio vitreo clauso asservari.

E capite mortuo elixiuari potest SAL
MIRABILE GLAUBERI.

SPIRITUS SALIS DULCIS.

R. Spiritus Salis concentrati rectifi-
cati, vncias duas,
Vini rectificatissimi, vn-
cias sedecim.

Digerantur & circulentur vase commo-
dissimo prius occludum, postea retorta vitrea, ex
arena, igne gradatim suppeditato, auocentur
ac semel iterumque pro arctiori vnione
cohobentur.

SPIRITUS SAMBUCI E
FLORIBUS.

Ad instar spiritus Rosarum destillatur.

L 2

SPI-

SP.

SPIRITUS SAPONATUS.

R. Saponis alikantici, vncias octo,
Liquoris Salis Tartari, vncias sex,
Spiritus Vini rectificatissimi, men-
suram semis,

Misce, digere & filtra.

SPIRITUS SERPILLI.

In hoc parando eadem, quae in spiritu
Lauendulae ac ribeiae desideratur.

SPIRITUS SULPHURIS.

Vide supra titulum OLEI SULPHURIS
PER CAMPANAM.

SPIRITUS TARTARI.

R. Tartari qualiscunque solutione, colatura
& coagulatione depurati, quantum
vis, imple illo tertiam retortae lapideae
partem, ac igne aperto in recipientem
satis capacem probe adaptatum ac lu-
tatum, gradatim aucto igne spiritus
omnes vna cum oleo fetido destilla,
& spiritus ab oleo charta emporetica
duplicata, humectata separa.

SPIRITUS TEREBINTHINÆ.

R. Terebinthinae depuratae clarae,
quantum placet.

Affuso in vesica cuprea aut cucurbita vi-
treo humili aquae limpidae triplo, destilla
igne initio moderato, phlegmatis aciduli
parum, mox oleum album, quod SPIRI-
TUS nomine venit, seorsim excipiendum,
cui succedit continuato parumque aucto

SP.

igne flauum, tandemque auctiori rubrum,
demum rectificandum.

SPIRITUS THERIACALIS
CAMPHORATUS.

R. Theriacae, vncias decem,
Croci orientalis, vnciam vnam,
Myrrhae rubrae, vncias quinque,
Spiritus vini rectificatissimi, libras
duas.

Stent vase exacte clauso loco tepido tri-
duum, tum e cucurbita, imposita alembico
Camphorae vncia semis, iuncturis solite
clausis ac munitis, e balneo maris calore
succesliue aucto destillentur spiritus omnes.

SPIRITUS DE TRIBUS. Vid.

MIXTURA SIMPLEX.

SPIRITUS VINI CAMPHO-
RATUS.

R. Spiritus Vini optime rectificati,
libram vnam,

in qua soluetur

Camphorae, vncia vna semis.

Stent in digestionem lenissimam, donec Cam-
phora omnis sit soluta.

SPIRITUS VINI CAMPHORA-
TO-CROCATUS.

R. Spiritus Vini camphorati, libras
duas,

Essentiae Croci, vncias duas,

Misce.

SPI-

SP.

SPIRITUS VINI RECTIFI-
CATUS.

R. Spiritus Vini, quantum vis,

Infunde cucurbita excelsa, ac optime adaptato alembico cum recipiente, iuncturisque solidissime lutatis, medietatem eius debito calore auoca, & probe obturato vitro serua.

Quod si huius denuo medietatem balnei roridi calore lenissimo abstraxeris, phlegmate omni liberatum *Alcohol vini* audit, vel

SPIRITUS VINI RECTIFICA-
TISSIMUS.SPIRITUS VINI TARTA-
RISATUS.

R. Spiritus Vini optime, vt dictum, rectificati, libras duas,

Salis Tartari probe depurati, & ficcati, vel

Cinerum clauellatorum depurato-
rum, vncias quatuor.

Misce, & e cucurbita vitrea iuncturis exacte munitis igne arenæ moderato destilla.

Non opus est, vt ad siccitatem vrgeatur destillatio, relinquatur enim in fundo phlegma nudum euaporatione separandum, sic sal alcali rursus impetratur, quod siccandum. Et sola digestionem *Spiritus vini tartarisatus* paratur, nempe si cineres clauellati depurati cum spiritu vini rectificato infundantur.

SPIRITUS VITRIOLI DULCIS,
seu

SP.

LIQUOR ANODYNUS MINE-
RALIS.R. Spiritus Vini rectificatissimi, libras
sex,Olei Vitrioli anglici rectificati, li-
bras duas.

Spiritui vini retortæ vitreæ satis capaci infuso, oleum vitrioli successiue & guttatim admiscetur, bene cauendo, ne vitrum calefiat. Hoc facto recipiens applicetur, & bene lutetur, tum in mariæ balneo prius per nycthemeron vnum vel alterum leni calore digeratur, tum aucto paululum igne successiue ad partem dimidiam liquor destilletur: Destillatum hocce effundatur in aliud vitrum, & epistomio bene muniatur. Recipiens iterum applicetur retortæ, denuo lutetur & leni igne ita destilletur, vt quoties quatuor vel sex vnciæ destillate fuerint, semper recipiens remoueatur, & destillatus liquor precedenti admisceatur, idque tam diu continetur, vsque tum odoris aliquid sulphurei perceperis; tum recipiens iterum separetur, vltimum hocce vero destillatum, bene examinetur, numne aliquid phlegmatis ipsi admixtum sit, quo apparente liquoribus antecedentibus non statim admisceatur, sed per separatorium vitreum Naphtha supernatans caute separetur & hæc sola destillato liquori antecedenti adfundatur, quem in vase vitreo bene obturato vsui serues.

SPIRITUS VITRIOLI SIMPLEX.

R. Olei Vitrioli concentrati, vnciam
vnam,

Aquæ fontanæ, vncias octo.

Misceantur.

L 3

SPON-

SU.

SPONGIA CERATA.

Spongia tenuis mundata exsiccata ceræ flauæ liquefactæ immergatur, ac prælo fortiter exprimatur, & quando refrixerit, seruanda.

STANNUM ANGLICUM PULVERISATUM.

Stannum anglicum purissimum liquefactum effundatur in pyxidem ligneam, intus creta obductam, atque celeri succussione redigatur, quantum potest, in puluerem. Reliquum iterum solum, eodem modo in puluerem mutetur.

SULPHUR AURATUM ANTIMONII.

R. Antimonii crudi optimi,
Sulphuris citrini purissimi, ana vncias duas,
Cinerum clauellatorum depuratorum, vncias octo.

Misceantur in puluerem, qui crucibulo indetur, & bene tecto crucibulo igne satis forti massa bene aquæ instar fundatur, tum massa sic fusa effundatur in mortarium ferreum purissimum calefactum: nunc hæc massa calida contundatur, contusa in aquæ destillatæ quantitate sufficiente soluatur, & sic solutio per nycthemeron quiescat. Post filtretur & aqua diluatur, tum tantum spiritus vitrioli addatur, quantum ad omnem sufficit præcipitationem. Aqua supernatans decantetur, & præcipitatum toties aqua feruida abluatur, vsque dum omnis sapor salinus & odor ingratus cessauerint,

SU.

Denique bene ablutum præcipitatum lenissimo calore siccetur & vsui seruetur.

Nota. Hocce sulphur auratum antimonii vna præcipitatione absolvitur, quia vero permulti magis in vsu habent aliud tertiæ præcipitationis, iam & isium præcipitandi modum subministrabimus.

SULPHUR AURATUM ANTIMONII TERTIÆ PRAECIPITATIONIS.

R. Residui a Tinctura Antimonii tartarifata, quantum volueris,

In puluerem trito, addatur

Aquæ fontanæ, octuplum.

Postquam satis diu cocta fuerint, solutioni ex flauo rubræ filtratæ, insilletur in vase vitreo acetum destillatum, & Sulphur præcipitatum ope chartæ bibulæ separetur. Lixiuio iterum adfundatur acetum, iterumque separetur Sulphur aurantii coloris. Tertia demum vice, multum addatur lixiuio Aceti, puluisque excussus tenuissimus, coloris aurantii nimis saturati, probe abluatur, donec factorem deposuerit.

SULPHUR AURATUM ANTIMONII LIQUIDUM.

R. Solutionem Scoriarum Reguli Antimonii.

Dimidiam eius partem euaporationi subiice, donec ouum illi innatare possit, tum vero statim admisce æqualem quantitatem

Olei expressi Papaueris vel Amygdalarum,

et

SU.

et leniter coque, donec oleum non amplius conspiciatur, & massa digito facillime obediens prodeat; postea alteram lixiii sulphurati partem succelline adfunde, coctionem continua, vsque dum alcalini saporis nihil deprehendatur, nec oleum amplius sibi relictum appareat.

Puls hæc saponacea probe desiccetur, & in mortareo lapideo cum tinctura antimonii acri per abstractionem spiritus ad dimidium redacta, ad eminentiam trium digitorum affusa, per horas aliquot probe tere, postea cucurbitæ indita per viginti quatuor horas digere.

Ita prodibit peramoena Tinctura acredinis expers, quæ totum saponem vna cum Sulphure antimonii solutum sistit, nullo in cucurbita residuo relicto.

SUPPOSITORIUM COMMUNE.

Ex mellis, vitelli, & salis, quantum sufficit, vt artis est, paratur, cum pulueris Aloës, Rutæ ac Cumini, ana quantum sufficit pro re nata acuendum.

SUPPOSITORIUM STIMULANS.

R. Specierum Hieræ Picræ, vnciam vnam,
Salis communis, vnciam dimidiam,
Farinæ frumenti, vncias quatuor,
Saponis albi, vncias tres,
Mellis, quantum sufficit,

Ut fiat Pasta, ex qua formentur Suppositoria.

SY.

SYRUPUS ACETOSITATIS CITRI.

R. Succi Citri depurati & filtrati, libram vnam & semis,
Sacchari albissimi, libras tres,

Unica super igne moderato ebullitione in vase terreo vitreato fiat Syrupus iustæ consistentiæ, coletur.

SYRUPUS DE ALTHEA.

R. Radicis Altheæ, vncias tres,
Aquæ fontanæ, librae sex.

Coquantur ad tertiæ partis consumptionem, sub finem addendo

Radicis Liquiritiæ,
Herbæ Capillorum Veneris, ana vnciam vnam.

Colaturæ, subfidentia depuratæ, addantur Sacchari albi, librae sex.

Coquantur leni igne sub continua agitatione, donec fiat Syrupus.

SYRUPUS AMYGDALINUS.

R. Amygdalarum dulcium excorticatarum, vncias sex,
amararum excorticatarum, vncias duas,

In mortario lapideo cum pistillo ligneo minutissime contendantur, sensim addendo

Aquæ fontanæ decoctæ frigidæ, vncias duodecim,
Aquæ

SY.

Aquæ florum Naphæ, vnciam
vnam.

Colaturæ expressæ vnciis decem adde
Sacchari albissimi, vncias octo-
decim.

Calore lenissimo fiat Syrupus.

SYRUPUS AURANTIORUM
CORTICUM.

R. Corticum Aurantium extimo-
rum recentium, libram semis,
Aquæ Naphæ, libram vnam;

Digere in cucurbita operculata optime
clausa, ne quid exhalet, horas viginti qua-
tuor; postea exprime, ac cum Sacchari al-
bissimi libra vna semis in eadem cucurbita
obturata soluendo tantum, blando calore
in Syrupi consistentiam redige.

SYRUPUS BALSAMICUS.

R. Balsami Peruvian, vnciam vnam,
Aquæ fontanae, vncias duodecim;

Coque per duas vel tres horas in vase cir-
culatorio; liquori, postquam rexfrierit, co-
lato admisce

Sacchari albi, quantum sufficit,
vt fiat Syrupus.

SYRUPUS BERBERUM.

R. Succu Berberum recentis depu-
rati,
Sacchari albissimi, ana libras duas;
Coquantur secundum artem in Syrupum,

SY.

SYRUPUS CAPILLORUM
VENERIS.

R. Herbae Capillorum Veneris electæ
& parum concisæ, vncias duas

Infunde per horam dimidiam cum

Aquæ fontanae feruentis, libris
duabus,

Colatura albumine ouorum clarificetur
& cum

Sacchari albi, libris duabus cum
semisse,

ad Syrupi consistentiam coquatur.

Pro lubitu addi poterunt etiam

Aquæ Naphæ, vnciae tres.

SYRUPUS CERASORUM
ACIDORUM.

R. Succu Cerasorum acidorum per
residentiam depurati, libras
quinque,

Sacchari albissimi, libras tres;

Coquantur igne moderato ad iustam Sy-
rupi consistentiam.

SYRUPUS CICHOREI EX
SUCCO.

Fit ad instar aliorum Syruporum e succo
Cichorei per residentiam depurato, cum
sacchari albi puri ana.

SY-

SY.

SYRUPUS DE CICHOREO
CUM RHEO.

R. Radicum Cichorei, vncias sex,
Aquae fontanae, libras tres.

ad tertix partis consumptionem coctis ad-
dantur

Rhei minutim concisi, vnciae
duae,

Cinnamomi optimi, vncia vna.

Ebulliant leni igne. Expressis immisce-
antur

Sacchari albi, librae duae,

Clarificata ac colata, misceantur in Sy-
rupum.

SYRUPUS DE CINNA-
MOMO.

R. Pulueris crassi Cinnamomi electi
& acuti, vncias quinque,

Affunde in cucurbita vitrea

Aquae Cinnamomi cum vino de-
stillatae optimae, libras
duas,

Rosarum fragrantissimae,
vncias tres,

Digerantur vase optime obturato loco
tepedo biduum. Tum colentur ac cum
Sacchari albissimi clarificati, ac ad confi-
scentiam tabulati & ultra cocti, libris tri-
bus, sola dissolutione fiat iustae consistentiae
Syrupus.

SY.

SYRUPUS CITRI CORTICUM.

R. Corticum Citri aut Limonum re-
centium extimorum, minutim
concisorum, libram semis.

Aquae Corticum Citri, libram
vnam.

Digere in cucurbita operculata optime
clausa, ne quid exhalet, horas viginti qua-
tuor, postea exprime, ac cum Sacchari al-
bissimi libra vna semis, in eadem cucurbita
obturata soluendo tantum, blando calore in
Syrupi consistentiam redige.

SYRUPUS CORALLIORUM.

R. Coralliorum rubicundissimorum
grosse contusorum, libram semis.

Extrahe triduana digestionem balnei, cum
succo Berberum, post lenem ebullitionem
per pannum colato & ad aliqualem eminentiam
affuso, essentiam. Extractum per in-
clinationem effunde, & recentem succum
reaffunde, digere, decanta, idque tertio
aut quarto repete, donec corallia fere solu-
ta & consumpta. Extractions omnes con-
funde ac tantundem ponderis Sacchari al-
bissimi adde, atque leni ebullitione aut eua-
poratione saltem syrupum para, probae &
durabilis consistentiae.

SYRUPUS CYDONIORUM.

R. Succu Cydoniorum acidorum de-
purati & clarificati, libras tres,
Sacchari albi purissimi, libras
duas,

Fiat coquendo lege artis Syrupus.

M

SY-

SY.

SYRUPUS DIACODII MON-
TANI.

Syrup. Diacodii
By vide nov. B.
R. Capitem Papaveris albi, cum fe-
minibus, numero viginti,
Siliquarum dulcium, vncias tres,
Liquiritiae rase, vncias duas.

Eximantur Siliquis grana, & cum aquae
fontanae libris decem, coquantur ad quartam
circiter partis remanentiam; residuum co-
letur cum expressione; Colaturae libris dua-
bus cum semisse adde:

Sacchari Candi rubri, libras duas;

Coquantur ad consistentiam Syrupi, in-
star mellis spissi.

SYRUPUS DE ERYSIMO
LOBELII.

R. Erysimi totius, recentis, con-
quassati, vncias tres,
Radicum Emulae,
Taraxaci,
Liquiritiae rase, ana vn-
cias duas,

Herbarum Borraginis,
Capillorum Veneris,
Cichorei, ana drach-
mas sex,

Florum Anthos,
Betonicae, ana drachmas
duas,

Seminis Anisi, drachmas sex,
Passularum mundatarum, vncias
duas,

SY.

Coquantur incisa & contusa in

Aquae Hordei, libris octo,
Succi Erysimi, libra semis,

ad remanentiam tertiae circiter partis. Co-
laturae expressae adde Sacchari albi & Mel-
lis depurati, ana libras duas. Clarifica, vt
artis est, & in debita consistentia syrupum
coque.

SYRUPUS GRANORUM
KERMES.

R. Coccionellae, vnciam dimidiam,
Salis tartari depurati, grana decem,

Probe terantur cum

Aquae Cinnamomi sine vino,
Rosarum, ana vncias octo.

Stent per noctem in infusione, & ad-
dantur

Sacchari albi, librae duae,
Succi granorum Kermes, vnciae
decem,

Vnica ebullitione fiat Syrupus, per lin-
teum colandus.

SYRUPUS DE LIQUIRITIA.

R. Radicum Liquiritiae, vncias duas,
Capillorum Veneris, vnciam vnam,
Foliorum Hyssopi, vnciam semis.

Concisa in aquae ferventis libris quatuor
infunde, ac horas viginti quatuor digere,
tum ad medietatis circiter consumptionem
coque, colaturam expressam addita mellis
def-

SY.

despumati, ac sacchari albi, ana libra vna, clarificatam ex arte, ad syrupi spissioris consistentiam vterius percoque, cui tandem additis sub finem aquæ rosarum fragrantis, vnciis sex, justam syrupi consistentiam concilia.

SYRUPUS GRANATORUM.

Paretur iuxta modum aliorum syruporum, e succis acidis Berberum nimirum, aut similibus, parandorum.

SYRUPUS DE MANNA.

R. Radicum Polypodii, vncias tres, Aquæ feruidæ, libras duas semis,

Per noctem macerata coquantur ad tertiam partis consumptionem.

Colaturæ addantur

Foliorum Sennæ electorum sine stipitibus, vnciae quatuor, Seminis Fœniculi, vncia dimidia;

In loco calido digesta exprimantur. Clarificata demum admittis

Mannæ calabrinæ, vnciis sex, Sacchari albi, vnciis viginti duabus,

coquantur in Syrupum.

SYRUPUS MORORUM

Paratur, vti Syrupus Acetositis Citri.

SY.

SYRUPUS NYMPHÆÆ, f. DE NENUPHAR.

R. Florum Nymphaeae luteae, libras duas,

Infunde in aquæ Nymphaeæ, aut saltem fontanae feruentis, libris quatuor. Stent in digestionem caloris balnei horas viginti quatuor, tum exprimantur valide, expressum recentibus reasundatur floribus, digeratur, exprimatur, idque tertia vice repetatur; Expressioni postremae addantur Sacchari, libræ totidem, quot succi sunt, ac clarificando & ebulliendo, vt artis, fiat Syrupus.

SYRUPUS PAPAVERIS ALBI.

R. Caput Papaueris albi recentium cum Seminibus, libram vnã semis,

Coquantur in libris septem aquæ pluuiæ purissimæ ad remanentiam librarum duarum. Quibus colatis & expressis adde

Sacchari albi, libram vnã cum semisse,

Coque, clarifica, vt artis, & ad consistentiam syrupo conuenientem reduc.

SYRUPUS PAPAVERIS ERRATICI FLORUM.

R. Florum Papaueris erratici recentium, libras duas,

Infundantur in libris quatuor Aquæ calentis, digerantur per noctem; Aqua a floribus

M 2

M 2

SY.

ribus leni expressione separata, recentium Papaueris erratici florum, libris duabus rursus affundatur, digeratur vt ante & separatur, idque tertia vice repetatur; Huic tandem liquido leni expressione a floribus tertia vice separato, adde

Sacchari albi, libras quatuor,

Post debitam, ex arte, clarificationem, Syrupum iuxta consistentiam confice.

SYRUPUS POEONIAE.

Eadem norma, qua Papaueris erratici trina nimirum infusione fiat.

SYRUPUS RIBIUM.

E succo expresso depurato fiat ad instar Syrupi Berberum.

SYRUPUS ROSARUM.

Elibris sex circiter Foliorum Rosarum recentium contulis, ac in aqua limpidissima feruentis libris tribus per horas viginti quatuor infusis ac digestis, posteaque expressis & albumine oui, vt artis est, clarificatis, addita sacchari libra vna cum semisse, aut etiam duabus, sub alembico recipiente munito in cucurbita vitrea balnei calore pro recuperanda aqua odorata, ad Syrupi consistentiam coquendo paratur.

SYRUPUS RUBI IDAEI.

Ad normam Syrupi Berberum ex succi depurati & sacchari clarificati partibus aequalibus paratur.

SYRUPUS DE SPINA CERUINA, seu DOMESTICUS.

R. Succu Baccarum Spinæ ceruinæ, libras sex,

SY.

adde

Seminis Anisi,
Mastichis, ana vncias duas,
Zingiberis,
Cinnamomi,
Caryophyllorum, ana vnciam
vnam,
Sacchari albi, libras duodecim.

Fiat lege artis Syrupus.

SYRUPUS VIOLARUM.

R. Florum Violarum recentium mundatarum, libram vnam,
Aquaë Fontanæ feruentis purissimæ, libram vnam & semis,

In vase figulino, optime vitreato per aliquot horas macerata, exprimantur & colentur;

Demum additis

Sacchari albissimi, libris tribus,
leni ac vnica ebullitione in vase stanneo fiat Syrupus, iterum colandus.

TAMARINDORUM PULPA.

R. Tamarindorum,
Aquaë fontanæ feruentis, ana libram
vnam,

Cum convexo cochlearis parte agitentur & per cribrum trajiciantur, tum adde

Sacchari albi, vncias duas;

Coquantur lenissimo igne ad Consistentiam Roob.

TAR-

TA.

TARTARI CREMOR, Vid. CREMOR TARTARI.

TARTARI CRYSTALLI, Vid. CRYSTALLI TARTARI.

TARTARUS EMETICUS.

R. Crystallorum Tartari supra edoctorum,

Vitri Antimonii (cuius parandi modum supra quoque vide) in pollinem subtilem terendo redacti, aut Croci Metallorum, ana vnciam vnam.

Infunde in vnciis viginti quatuor aquæ pluuiae, aut fluuiialis limpidissimæ; stent in digestionem caloris lenissimi per biduum; postea ebulliant, vt Tartarus soluat, tum feruentem adhuc, ocyus per chartam emporeticam trajice, ac lenissime euapora ad siccitatem.

TARTARI OLEUM PER DELIQUUM.

Minus hoc apte sic dictum, cum liquor potius sit, quam oleum; fit e sale Tartari in furno figulino igne acerrimo ad albedinem calcinato, aut in tabula vitrea in cella frigidiori & humidiori, aut in manica Hippocratis lanæ, aëre humido, a pluuia tamen & sole remoto, solutioni exponendo, & destillantem inde liquorem vitro commodo, super imposito ipsi infundibulo cum charta emporetica excipiendo, sicque limpidissimum seruando.

Vel, Sal Tartari diluatur sufficienti portione aquæ.

TA.

TARTARI SAL.

R. Capitis mortui Tartari, a destillatione spiritus & olei omnimoda, in retorta residui, quantum vis,

Ac olla figulinæ non vitreatæ inditum & in furno reuerberii aut figulino aut laterum etiam, ad albedinem calcinatum, aqua calida solue, filtra & in vase vitreo aut terreo, ad lapideam duritiem ac soliditatem excocto, igne cinerum aut arenæ exhalando, coagula.

TARTARUS TARTARISATUS.

R. Olei Tartari per deliquium, aut saltem Salis Tartari optime depurati, atque in sufficienti quantitate aquæ limpidissimæ pluuiae aut destillatæ, soluti, quantum placet, huic successiue insperge Tartari modo supra dicto depurati ad punctum vsque saturationis. Cessante ebullitione aqua superflua lente exhalat ad siccitatem, & in puluerem abit, in quouis liquore facile solubilem, hinc vase bene clauso seruandum.

TARTARI TERRA FOLIATA, Vid. supra ARCANUM TARTARI.

TARTARUS VITRIOLATUS.

R. Salis Tartari depurati, libram vnam,
Olei Vitrioli anglicani, quantum satis,

M 3

Sali

TH.

Sali Tartari in satis larga quantitate Aquæ pluuiæ purissimæ soluto, successiue & guttatim tantum addatur, quantum ad perfectam saturationem necesse sit, dein lege artis euaporetur & crystallifetur.

Cui lubet, methodo Tackeniana, e Vitriolo Martis & cineribus clauellatis parare potest.

THERIACA ANDROMACHI.

R. Gummi Sagapeni,
Galbani,
Styracis Calamithæ, ana
vncias duas,
Myrrhæ rubræ electæ,
Castorei russici,
Crocii orientalis, ana vnciam
vnam,
Pulueris Radicis Angelicæ, vncias
decem,
Valerianæ, vncias
septem,
Squillæ,
Zedoariæ, ana
vncias tres,
Cardamomi minoris,
Cinnamomi acuti,
Caryophyllorum, ana vnciam
vnam & semis,
Opium thebaici, aqua simplici optime
depurati & iterum inspissati,
vnciam vnam cum semisse,
Mellis depuratissimi, libras duodecim.

Opium in Vini hispanici quantitate sufficiente solutum addatur melli, & postea

TH.

cætera species bene mixtæ & puluerifætæ sub continua agitatione successiue admisceantur.

Nota, Quæuis Vncia hujus Theriacæ continet circiter Opii depurati grana quatuor.

THERIACA DIATESSERON, seu PRO PECORIBUS.

R. Radicum Aristolochiæ rotundæ,
Gentianæ,
Baccarum Lauri,
Myrrhæ electæ, ana vncias duas,
Mellis despumati, libras duas.

Fiat lege artis Electuarium.

TINCTURA ANTIMONII ACRIS, seu REGULINA.

R. Reguli Antimonii martialis, vncias quatuor,
Nitri depurati, vncias viginti quatuor.

Primo Regulus comminutus immittatur crucibulo calenti, sic candenti Regulo admisceatur successiue quantitas præscripta Nitri depurati, & igne aucto aquæ instar fluant, & in fluore tali seruetur per horæ spatium & vltius. Postea effundatur in conum fusorium calefactum, & massæ succini instar fluxæ cucurbitæ vitreæ immixtæ calenti adhuc spiritus Vini rectificatissimi quantitas sufficiens affundatur & digestionem extrahatur Tinctura saturate rubra; hæc Tinctura decantetur & iterum spiritus Vini rectificatissimus affundatur, idque reiteretur,

II.

tur, quam diu Spiritus satis rubore tingatur: & pro tota hac quantitate sufficienti libra quatuor Spiritus vini rectificatissimi. Hæc tincturas omnes misce & ad usum serua.

TINCTURA ANTIMONII TARTARISATA.

R. Antimonii optimi, libram semis, Salis Tartari, libram vnam.

Puluerisata misce exacte, & igne satis valido liqua, liquata in fluore per horam forte serua, sed prospice, ne crucibulum perforetur & iacturam patiaris. Tum effusam in mortarium ferreum calefactum massam adhuc calentem in puluerem reduc subtilem, hunc illico, antequam ex aëre humiditatem attrahat, vitro commodo inde, ac spiritus Vini rectificatissimi, quantum sufficit, affunde, vt quatuor aut quinque digitos superemineat, (vel, ut distincte pondus determinemus, libras tres Spiritus vini,) digere, donec optime tingatur. Possunt etiam Scorix a Regulo martiali vel simplici cum Tartaro & Nitro factæ, adhuc candentes contundi, spiritui Vini rectificatissimo immergi & digeri ad sufficientem Tincturæ extractionem. Spiritus Vini ad hoc negotium debet esse optime dephlegmatus, minime supra sal Tartari, vel cineres clauellatos abstractus.

TINCTURA BELLIDIS FLORUM.

R. Florum Bellidis hortensis, colore rubro, a capitulis suis decerptorum & ficcatorum, vnciam vnam,

II.

Spiritus Vitrioli, drachmas duas, Aquæ communis destillatæ, vncias octo.

Digerantur per Nycthemeron. Exprimantur & filtrentur.

Simili modo parantur

TINCTURA FLORUM AQUILEGIAE, PAPAVERIS ERRATICI, ROSARUM &c.

TINCTURA BENZOES.

R. Gummi Benzoës selecti, quantum vis,

Solue in sufficiente quantitate spiritus vini rectificatissimi & extrahere essentiam colore rubicundo commendabilem, quæ emporetica a facibus separata, tinctura nomine venit.

Nota. Si huic aquam affuderis Rosarum, lactescit, & præcipitatur Magisterium Benzoës, florum ejus vices, maiori tum saporis, fortassis & virtutis gratia supplens.

TINCTURA CATECHU.

E pulvere subtilissimo Succu compositi, terra nempe sic dicta Iaponica s. Catechu cum sufficiente quantitate Spiritus Vini parari solet.

Nota. Pro Medici intentione etiam cum menstruo variari, & loco spiritus vini spiritus Nitri dulcis aut spiritus Salis ammoniaci vinosus adhiberi potest.

TINC-

T I.

TINCTURA LACCÆ.

R. Gummi Laccæ selecti & in pulve-
rem redacti, vnciam vnam,
Aluminis crudi, vnciam semis,

Misce, & affunde

Aquæ pluuiæ destillatæ, vncias
sex.

Bulliendò parum solue gummi & alu-
men, quibus refrigeratis adde

Aquæ Saluæ,
Rosarum, ana vncias duas,
ac per bibulam colata serua.

TINCTURA MARTIS HEL-
LEBORATA.

R. Limaturæ Martis,
Pulueris Tartari, ana libram se-
mis,

Affunde

Aquæ pluuiæ, libras viginti octo,

In olla noua coque, semper agitando ru-
dicula, donec exhalando in malagma quasi
reducatur, cui adde

Fibrarum Hellebori nigri, vnciam
vnam,

Radicum Pimpinellæ maioris,
drachmas sex,

Aquæ pluuiæ, libras tredecim.

Coquantur denuo sæpius agitando, donec
ad remanentiam librarum octo exhalarint,
tunc filtra, & melioris conseruationis ergo,

T I.

Spiritus Cochleariæ quantitatem sufficientem
adde, sicque serua.

TINCTURA MARTIS cum VI-
NO MALUATICO.

R. Vitrioli Martis, e limatura modo
infra docendo, oleo aut spiri-
tu Vitrioli parati,
Crystallorum Tartari, ana libram
semis,

Coquantur in aqua simplici, quantum
sufficit, ac agitando continue, sensim exha-
lent ad mellis spissioris consistentiam, cui
affundantur vini Maluatici, aut Canariensis,
libræ sex. Misce optime, ac digere tridu-
um, tandem per chartam emporeticam
destilla.

*Nota. Qui loco Tartari aut Crystallo-
rum eius, terram illius foliatam, sal
essentiale vini Zwelffero p. 1. c. 3.
p. 337. dictam acceperit, ac cum Vi-
triolo Martis prædicto, exacta in
mortario vitreo aut lapideo tritura
combinauerit, atque in patella vitrea
sparsim distributa aprico aliquamdiu
exposuerit, donec efflorescant, ac ru-
bicundo colore imbuantur, tum spi-
ritum Vini cinnamomifatum aut
aquam saltem Cinnamomi vinosam
spirituosam affuderit, Tincturam ele-
gantem Martis, pro vera a Zwelffero
agnitam, nancisectur, quæ optimo
iure audiet*

TINCTURA MARTIS
ZWELFFERI.

TINC-

TI.

**TINCTURA MARTIS CUM
SUCCO POMORUM BORS-
DORFFIANORUM.**

R. Extracti Martis cum Succo Po-
morum Borsdorffianorum, vn-
ciam vnā,
Aquæ Cinnamomi vinosæ, vn-
cias sex.

Misce, seruetur ad vsū.

*Nota. Hic loci necessario inferendam
credimus præparationem*

**EXTRACTI MARTIS CUM SUCCO
POMORUM BORSORFFLA-
NORUM,**

ante omisi

R. Limaturæ Martis purissimæ, libram
vnā,
Succi Pomorum Borsdorffianorum re-
cens expressi & depurati, libras
quatuor,

*Stent in digestionem loco calido, per
ocho dies. Postea coquantur, spatula
perpetuo agitata, leni igne, ad
dimidiæ partis consumptionem; cla-
rum a spisso colando separetur; & ad
Extracti consistentiam evaporetur.*

**TINCTURA MARTIS TARTA-
RISATA D. LUDOVICI.**

R. Vitrioli Martis,
Tartari depurati, ana libram se-
mis,

Coquantur forti bulliente feruore, cum
aquæ simplicis, libris sex, agitando continue,

TI.

donec ad consistentiam mellis exhalet, huic
magmati affunde spiritus vini gallici, libras
sex, filtra, & serua.

TINCTURA RHABARBARI.

R. Pulueris Rhabarbari optimi, vn-
ciam vnā,
Salis Tartari, drachmas tres,
Aquæ Cichorei,
Cinnamomi sine vino, ana
vncias sex.

*Infusa stent loco tepido horas viginti qua-
tuor, postea per bibulam colentur.*

*Nota. Cum Essentia eiusdem supra de-
scripta coincidit. Tinctura Rhabar-
barietiam absque aqua & sale Tartari,
cum spiritu vini rectificato, vel, si pla-
cet, rectificatissimo parari potest.*

TINCTURA TARTARI.

R. Salis Tartari caustici bene calcinati,
quantum vis, puluerifato adhuc calido
in mortario calefacto ac phiola indito,
affunde spiritus vini rectificatissimi ad
eminentiam trium vel quatuor digito-
rum, digerendo & aliquando mouendo
tincturam extrahe, quam a residuo bi-
bula separatam in vase bene clauso
serua.

TRAGEA ALBA.

R. Zingiberis albi,
Cinnamomi acuti, ana vnciam
vnā,
Nucum moschatarum,

N

Car-

TR.

Cardamomi minoris,
 Caryophyllorum, ana vnciam se-
 mis,
 Galangæ, drachmas duas,
 Seminis Coriandri, scrupulum
 vnum,
 Sacchari albissimi, libras tres,
 Misce, fiat omnium pulvis pro Tragea.

TROCHISCI ALHANDAL.

R. Pulpæ Colocynthidis, a femini-
 bus liberatæ, minutimque con-
 cifæ, vncias decem,
 Macerentur Mucilaginis e
 Gummi Arabici,
 Bdellii,
 Tragacanthi, ana drach-
 mis duabus.

Aqua rosea extractæ modico, vt tan-
 tum madescant, tum siccentur exacte &
 puluerisentur, atque e puluere cum residuo
 eiusdem mucilaginis impastato, vt artis est,
 Trochisci efformentur.

TROCHISCI BECHICI
ALBI.

R. Amyli, vncias tres,
 Pulueris Radicis Ireos florentinæ,
 Ari,
 Pimpinellæ albæ,
 ana drachmas
 quinque,
 Squillæ, drachmas
 duas,
 Sacchari albissimi, libras duas.

TR.

Cum sufficiente quantitate Gummi Tra-
 gacanthi Aqua Rosarum soluti fiant artis le-
 ge Trochisci.

Nota. Cui libet, Ambrae gryseæ, scru-
 pulum vnum, & Moschi alexandrini
 scrupulum semis addat; & sic ena-
 scuntur Trochisci bechici albi, cum
 Moscho & Ambra.

TROCHISCI BECHICI MAJO-
RES FRIDERICI WILHELMI
ELECTORIS.

R. Succis Liquiritiæ inspissati, quan-
 tum vis,

Solve in quantitate sufficiente aquæ Fœni-
 culi; Solutum per manicam Hippocratis co-
 la; Colatum ad mellis consistentiam rursus
 inspissa. Tandem admixto Saccharo candi
 aut saltem albo Canariensi, fiat artis lege
 massa, e qua formentur iustæ magnitudinis
 Trochisci.

TROCHISCI BECHICI
NIGRI.

R. Pulueris Radicis Iridis florentinæ,
 vncias tres,
 Liquiritiæ,
 Seminis Anisi,
 Fœniculi, ana vncias
 quinque,
 Storacis Calamitæ depuratæ,
 drachmas duas,
 Succis Liquiritiæ, in aqua Hyssopi
 dissoluti, vncias sex,
 Sacchari Melitæi purissimi, libras
 quatuor,
 Muci-

TU.

Mucilaginis Tragacanthi aqua Rosarum soluti, quantum sufficit.

Misce fiant ex arte Trochisci.

TURPETHUM MINERALE.

R. Mercurii optime purgati, libram semis,
Olei Vitrioli puri & rectificati, libram vnam,

